



# Asotus evangelicus, seu evangelica de filio prodigo parabola

<https://hdl.handle.net/1874/342143>

6  
**A SO:**  
TUS EVANGELI-  
cus, seu euangelica de-  
filio prodigo para-  
bola, à Georgio  
Macropedio  
comice de-  
scripta.

¶ Ioannes Schaeffer excudebat  
Anno virginis partus. 1541.  
Mense vero Iulio.

¶ Epistola nuncupatoria, Iambico trimetro.

Georgius Macropedius Godofrido Bollio,  
Traiectinæ civitatis Consuli  
meritissimo S. D.

**Q** Via non modo de me, sed & de omni domo  
Nostra bene meritus es vir ornatissime,  
Volui profecto saepe gratificari  
Aliquo tibi munusculo. Verum quia  
Neq; aureo, neq; gemma eo, neq; tyrio  
Inops quo, tentabo litterario.  
Scripsi olim adolescentis trimetris versibus  
Et tetrametris, ea phrasi & facundia,  
Qua tum per adolescentiam, & mala tempora  
Licebat, euangelicum Asotum aut Prodigum,  
Omnis quidem mei laboris initium.  
Cum igitur sciam te nostra, quamq; vilia,  
Non prorsus auersarier, quem iam ferè  
Annos triginta velut imitilem abdidi,  
Denuo resumpsi, & addidi, ut tibi dederem.  
Cape igitur hoc manibus (quod aiunt) candidis  
Munuscum, vt sub grauibus atq; serijs  
Rebus habeas, quo animum subinde recrees.  
Rogoq; te, ne tam xenion, ac benevolum  
Animum tui Georgij Macropedij  
Consyderes. Vale vir ornatissime.

2

## ARGUMENTVM IN ASOTVM.

**D**Vos pater familiæ habebat filios,  
Quorū quidem senior, quo erat frugalior,  
Hoc iunior rerum fuit profusior.  
Is deprehensus cum improbis græcarier,  
A fratre primum, à patre deinde carpitur.  
Plexis proinde sodalibus patrem petit,  
Rem haereditariam accipit. Longe in Asiam  
Comitantibus scortis duobus nauigat.  
Scortatur inibi, rēmque perdit pessimè,  
Dolore patre affecto & ægritudine.  
Tandem fame premente seruit, & sues  
Pascere coactus, siliquis ventrem suum,  
Quis cuperet, implere non permittitur.  
Ductus igitur fœlice pœnitudine,  
Tandem ad patrem supplex reuertit, gratiam  
Quam demeruerat, lachrymis uberrimis  
Implorat, impetrat. Pater vitulum iubet  
Seniore fratre non ferente occidier.  
Epulantur, & ducunt choros cum gaudio.

A 2

## ¶ Dramatis personæ?

Prologus.	Diaboli duo.
Eumenius senex.	Lorarij quatuor.
Philætius filius senior.	Margæniū
Asotus filius junior.	Planeſium. } meretrices.
Comasta } serui nequā	Ancilla }
Dætrus.	Colax parasitus.
Merimus.	Pægnium puer Asoti.
Tribonius	Peregrinus milesius.
Thryptus } serui frugi	Chor <sup>o</sup> ex pueris et puellulis
Cometa	

## ¶ Prologus. Iambico trimetro.

**N**on fuitiles nugas, ut hortos Tantali,  
Siculásve gerras, aut Hiberas nærias,  
Non stupra virginum, aut dolos lenonios,  
Quibus poëtarum scatent comœdiae,  
Inertibus vel impudicis necrimus,  
Sed auribus spectantium probam indimus  
E veritatis ore lapsam fabulam.  
Quid fabulam? Non fabulam, sed mysticam  
E fonte puritatis haustam parabolam.  
Spectantium probis probamus mentibus,  
Nam filium rerum suarum prodigum,  
Qui patria exularat, ac patris ædibus,  
In gratiam patris redire videbitis.  
Sed orat author carminis vos, res duas  
Ne ægreferas, quod leuem falcem tulit  
Sementem in euangelicam, eamq; quod audet;

Tractare maiestatem Iambo & Tribracho.

Né ve insuper nimis hæreatis ludicris,

Ludisq; comicis, sed animum aduortite

Hic abdito mysterio, quod eruam.

Foras euntemquem videbitis senem,

Typum geret cœlestis omnium patris,

Qui nos anat, fouet, erudit, complectitur,

Cui æs omne confit iuuenis ob lasciuiam.

Amator est mundi, Deum qui deserit.

Quia vt adolescens patre relicto maximæ

Adactus inediae, suilla filiqua

Ventrem replere postulat, nec impetrat.

Tandemq; resipiscens redire cogitur.

Ita homo relicto fœdere ætherei patris,

Dum veritatis derelicto tramite

Sequitur voluptates suas, quas obsito

Spinis itinere neutiq; valet assequi.

Tandem malorum ingente pressus pondere

Resipiscit actus gratia, ac reuertitur.

Et quemadmodum errantem pater iam supplicem

In gratiam recepit, ita peccantibus

Sed poenitentibus remisso criminè

Dat gratiam Deus, & stolam innocentia;

Iam paululum digressus à spectantibus,

Doctis loquar, qui non adeò spectare, q;

Audire gestiunt, logoscq; ponderant.

Examinant, dijudicant̄ pro suo  
Candore vel luore, non latum tamen  
Culmum (quod aiunt) dum loquar sapientibus  
Loco mouebor. Interim valete vos.  
Saluete docti, soccules qui comicos  
Tragicosve triuistis cothurnos, auribus  
Parumper arrectis adeste, aduortite.  
Ut non solent docti poētæ in fabulis,  
Quæ facta sunt longe locis distantibus,  
Populo exhibere, ut proxima, in proscenio.  
Ita quoq; tempestate si qua facta sunt  
Diuersa, non uno exhibere tempore.  
Sed ut acta sunt verbis referre congruis.  
Quo tamen Asotus hic rudi innotescere  
Vulgo magis queat, cui non tam placet  
Quod in theatro logicon est, q; dacticon,  
Ratione studio, haud arte omissa temporum.  
Abeuntem in Asiam Prodigum author fabulæ  
Post pauculos menses reuertentem exhibit.  
Nam veritatem pluris historiæ facit,  
Præsertim in hac re seria, q; industrium  
Poëtices artificium, neq; temere  
Plautum securus, Philocraten qui ex Aulide in  
Ætoliam amissum reducit comicos.  
Valete docti En redeo spectatoribus.  
Vnq; stans fixus loco, vado, venio.

Saluete, paucis vos monendos censui,  
 Q[uod] absq[ue] fructu huic parabolæ neutig  
 Dabitis operam, nec pœnitebit otij.  
 Nam castitati non obserit, vt fabulæ  
 Versus quæ habent spurcos, & immemorabiles,  
 Sed sermo purus, liber a lasciuia,  
 Post furtæ, post adulteria, post flagitia,  
 Vos iusta per lamenta pœnitentiae  
 Ad patris ætherei reducit gratiam.  
 Si fabulæ expetatis vocabulum,  
 Quod Græce ἔσωτθ, si Latinus exprimat,  
 Comœdia aptè nomen indet Prodigio.  
 Qui adestis igitur ad videndum, quæsumus  
 Silentium præbete, non decet uti eos  
 Sermonis officio, ad theatrum qui appetunt.

**¶ Actus Primus.**

Scena Prima.

Eumenius. Comasta.

Versus sunt Iambici trimetri.

**B**oni parentis esse ego arbitror, suis  
 Sic prouidere liberis, ne quid siet  
 Quod obsuet naturæ, honori, aut moribus.  
 Quandoquidem in hoc non genuit, ut viuant modo,  
 Sed ut probè vitam atq[ue] honestè transigant.  
 Ob id usq[ue] in hanc senectam, inexhaustus labor  
 Hæc occupauit artua annis pristinis,

Mentemq; discruciauit ah cura anxit,  
Animiq; sollicitudo multo maxima.  
Parthos, Syros, Medos, Arabas, & Italos,  
Delum, Paphum, Pontum, Cyprumq; & Graciam  
Per saxa, & ignes horridos, per stridulas  
Syrtes, mare inuium, atq; itinera deuia,  
Insomnis, impiger quoq; peragraui, & his  
Temporibus albitudinem accini oxyus.  
Si interroges, qui tanta perpeti mala  
Potuerim, amore solo, amore pignerum,  
Hic quaeq; fecit aggredi durissima.  
Hic solus exhibuit amara dulcia.  
Merito quoq; Dijs maximam habeo gratiam,  
Q; non inanis hic labor, nec inutilis.  
Bonorum enim thesaurum abundantissimum  
Congessi, vti nihil omnium absit liberis.  
Ampla est domus, & amplum famulicum est, agri  
Uberries, campi latissimi, greges  
Numerosi, & (vt dicam semel) dono Deum  
Nil omnium est, indiguerint quo liberi.  
Sat hercle partum, susq; deq; omnia fero.  
Quod supererit vitæ, otio dare statui, vt  
Indulgeat Genio senectus ultima.  
Sed est, quod absq; dolore cordis maximo  
Nec fero nec audio. Q; vbi suam pater  
Industriam, sudorem, & ipsum sanguinem

5

Satis beātis liberis impenderit,  
Sunt plurimi, qui his prorsus ingratī sīent,  
Qui morbi dē parant ienectāe plurimas  
Diras quoq; ærumnas, & indies cura,      **Scazon.**  
Mōrōre, amarorēq; verētur nentiq; eam      **hygmet.**  
Afficere. Edunt, bibunt, & abligurint  
Rem omnem paternam, ut essa nudent carnibus.  
Plane id velex meipso ad vnguēm pensito  
Meāq; familia, cui liceat nihil  
Subtraxerim, quod exhibere debui,  
Nihilo minus fraudare me flocci a stimant.  
Sunt namq; duo mihi filij, quorum alter est  
Frugi satis nobis, sibiq; maxime.  
Verum alter est totus lubricus, & prodigus,  
Cui non mediocris adhæret, assentatur, &  
Fauet familiæ tutba, præcipitēsq; eunt  
In omne flagitium, scelusve, quod audeant,  
Audēntq; plurimum, quod assuefactio  
Audaciam dat, & fouet libidinem.  
Hinc gemitus & dolor hoc quatit pectus meum.  
Hinc lachrymæ ad ætherū patrē, & iuges preces.  
Accedit & inhonesta famigeratio.  
Mala publica, & priuata peior dictio.  
Nam quod familiæ est, irrogatur patribus.  
Hoc dedecus tuum, hoc tibi vitio Eumeni est,  
Qz degenerat, & improba extat famila.

Num vero? An vñq̄ eis mali author extitit?  
An non quod est patris modesti & optimi  
Exhibuit? Ab incunabulis in hunc diem  
Et esse semper & probus concredier  
Studui, neq̄ nihil i viris me miscui.  
Non pyrirapis, furacibus, raptoribus,  
Non turpibus, salacibus, vel mollibus,  
Non mulierosis, siue fornicarijs,  
Non sacrilegis, fidifragis, nugigerulis,  
Calumniantibus, nec id genus alijs  
Me asserui, vt orbis testis est, & conditor  
Orbis Deus. Quid ergo iure obiecerint?  
An indulgentiam, quod increpauerim  
Remissius delicta teneræ atatulæ?  
An non vel ipsam infantiam compescui  
Verberibus ulmeis, flagris & acribus?  
Non crebra, non pia defuit monitio, nec  
Omissa castigatio est. Nam eosdem ob hoc  
Et paedagogo tradidi, neq̄ corrigi  
Vnq̄ vetabam. At ineptias fugaricr  
Virgis volebam, & acrioribus flagris  
Lubricam indolem nequitia abacta corrigit  
Verum licet iuxta omnibus rigidus fui,  
Tamen omnibus non, vt velim, conduxero.  
Frustra puer natu minor laceratus est.  
Non tot minæ, tot verbera, atq̄ exempla tot

Virtutum, & institutio scholastica  
 Stulticiam ab ingenio illius præualuerant  
 Propellere, quia propter hunc domi meæ  
 Contentio est crebra, & similitas ciuica.  
 Et quid loquar, nisi vnicum Sapientis hoc?  
 Nemo potest corrigere, quem Deus arbitratur  
 Despicerit. Sed ecce natu grandior  
 Gnatus meus Philætius modo rusabit,  
 Illi velo concedere animi gratia, &  
 Vti videam num cuncta recte agantur. Heus  
 Comasta, tu curassis interim omnia,  
 Quæ sunt domi (dū absum) probè. Com. Curauero.  
 Nūquid aliud me vis, qđ vrget? Eu. est. Cō. quid est?  
 Eu. Quod maxime curato oçust'. Granarium  
 Invise, gurgulione quo sit liberum.  
 Com. Curabitur. Eu. Sed audin'? Cō. ausculto libēs.  
 Eu. Altilibus & pullis legumen addito.  
 Com. Curabitur. Quid deinde? Eu. Ne per familiæ  
 Licentiam res pessum eat domesticæ,  
 Cras rediero. Com. Sospes redi, sospes vale.

¶ Actus primus. Scena secunda.

Iambici trimetri, vel senarij.

Comasta solus,

**E**vge, abiit hinc delirus ad villam senex,  
 Cui tantū inest cerebri, cutis quantū vuidæ.  
 Milij credidit rem omnem semel domesticam.

Delirus hercle dum probum me existimat,  
Pol ego probus nunq̄ fui, nec spem adhibeat  
Vnq̄ fore. Ast epularier, baccharier,  
Scortarier, lactare herilem filium  
Noui probē, lepidēq̄ manticularier  
Soleo senem, sublinire & os offucijs.  
O Iuppiter supreme, quanto gaudio,  
Fœlicitate quanta onustat me hæc dies.  
Nunc omne famulicium omne certum est statim  
Amittere, atq̄ accire herili filio  
Tum sympotas, tum Asoticas sympotrias  
Duas, & indulgere Genio, & homunculos  
Bellos agere mensis iocisq̄ Sybariticis,  
Comasta, nunc te proripe actutum domum,  
Sed ecce parasitus Colax veluti canis  
Famelicus nostras ad ædes aduolat,  
Ipsum volo præuortere, ut rōpalo fores  
Non pulsaret, donec ea quæ volo fecerit.

¶ Actus. I. Scena. III. Scenarij iambici.  
Comasta. Colax.

S Alue Colax. Col. Dij te ament. Quid salueam⁹  
Macritudine ægra maceror miserrimus.  
Instar puerperæ, gemellos quæ æ didit,  
Flaccesco ventre, quatri duanam ob inediam.  
Com. Ex renibus morbo laboras admodum  
Graui, ex vitellulo tibi pulticula opus⁹.

Col. Dij Deæc⁹ perdurant te flagrio.  
Meam inediā querebar, & scelus obi⁹cis.  
Com. Compendium dictis volo nostris Colax,  
Serio iocabar. Col. Audio, ventrimeo  
Si consulas, nam id vnicum est, quod me beat,  
Si eluseris, tentanda res aliunde erit.  
Com. Ego faciam hodie, ut tympani instar turgeat  
Venter tuus Colax, videberis quoq;  
Fœtus iterum(ne sile) gemellis fœtibus.  
Col. Et gaudeo, atq; exulto, vera si autumas.  
O Iuppiter, videor renatus, gestio  
Audire. Com. Tum audies, cum filueris.  
Col. Sileo, etiam si venter vt lupus vlulet. Com.  
Sile. Col. hem. Cō. quin modo silcs? Col. quin modo  
Etiā ne habes ludibrio? Com. Noli Colax (cacas?  
Irascier, nam te velut omasum dabo  
Sub hoc die fartissimum. Sile modo.  
Col. Prædam meis ē dentibus rapis hoc σύλλα.  
Quid vult σύλλαθαι? Et modo caret modo. Face  
Compendium. Com. Compendio dictis opus.  
Sed ipse græcissas modo. Col. Græcarier  
Malim, atq; pergræcarier. Com. Facetior  
Nostri esse, q; prudentior. Col. Prudentios  
Immo esse q; facetior nonero, si erit  
Vnde. Indies (si occasio) esse bis duos  
Scitissimè scio atq; prudentissimè,

**Com.** Ha ha he, tuis digni sales sunt meribus.

**Col.** Quid tandem id est, cui tanta sunt præludia?

Dic sis modo. **Com.** Audi. **Col.** Audibo, dic agendum

**Com.** Gaude. Ingredi, faxo te heri penariū. (modo

Vbi flaccidum modo pernulis, petasonibus,

Larido suillo, & optimo vino tuum

Hunc saccum saturauero, gaude modo.

**Col.** E veteribus stipulis camœnas apparas,

Et more coccygis eadem recantitas.

Nunc occine aliam cantilenam. Qui finat

Ferre intrò me pedem senex tam tetricus,

Vt plane Aristippum superet, aut Diogenem?

Nugas agis trifurcifer, dimitte me.

**Com.** Dimitto, abi. **Col.** Te deuorēt cacodæmones

Triuerbero, miserrimus abeo. **Com.** Heus Colax.

Scria loquor. **Col.** Ληροψ, ληρεψ. **Com.** Cedo manū.

**Col.** Hem, quid manū? **Com.** Et me & te beauit hæc

Curaberis. Abiſt hinc senex in prædium, (dies.

Seniore cum Philætio gnato suo,

Subducat vt ratiunculam cum villico,

En singuli absunt, qui forent obstaculo.

Rem credidit mihi totam, & argentariam

Primum, & cibariam, sed & vinariam,

Oleariam, atq; opsonariam. Insuper

Super omnia bona sua me herus conflituit, &

Super famulicium suum, En claucs, quibus

Sum præditus, quibus ingrediar in atria  
Opipara, diuitiasq; heri primarias.  
Col. Beas, beas me sancta saturitas mea,  
Si id verum, & id certum. Com. Hercle vero verius,  
Nec te esurire certius. Iam volo animum  
Te aduortere his paucissimis, quæ iussero.  
Producta verba longius sunt, q; vtile est.  
Col. Ut me voles, semper ero, quidvis impera,  
Sed es breuis. Com. Certum est. Herilis filius  
Junier Asotus, scis q; ad omnem facilis est  
Lasciviam, petulantiam, iocos leues,  
Epulas, sales, risum, & voluptatem id genus  
Reliquam? Col. Probè noui, is calamitati meæ  
Præsidium amabile, modo liceat per patris  
Seueritudinem. Quid ergo vis? Com. Face  
Ut aduolent duæ animulæ, & formosulæ,  
Et molliculæ, & amabiles, Planesium &  
Margænium, atq; huius farinæ pauculi  
Bibetij voluptuarij. Col. Licet.  
Com. Induce per posticulum pede pressim. Col. Eo;  
Lepide exequar. Nihil aliud est? Com. Propereredi;  
Col. Properrime, venter monet. Com. culina ego ut  
Instructa sit, curauerio. Col. Id curaueris.  
Quid? nihil in es vænatico cani, anteq;  
Vænatū eat, iactādū erit? Cō. raptim. Col. admodū,  
Com. Ingrēdere, sequar, & omnibus præscripiero

Edicta heri, atq; interminabiles meas  
Leges, quibus si verbulo obganniverint,  
Et vlimei, & phœnicei faxo sient.  
Strident tores, an aliquis audeat egredi?

¶ Actus. I. Scena. 4. Trimetri, ut superiores  
Tribonius. Comasta. Colax.

**E**t ipsum, & ingluviem ipsius, Diespites  
Perdat, qui in ades has heriles irruit,  
Non aliter atq; famelicus post quadrinum  
Ieiuniuro lupus. Com. Colaci irascitur.  
**T**ri. Pernis tribus citius quidem, q; dixero,  
Iamiam veratis, denuo petas onibus  
Crudis, deinde arto creis audiē ingruit.  
Timui profectō in me quoq; faceret impetum,  
Ita dentibus fremebat in captam sibi  
Prædam. Com. Libet ridere vtruncq; & illius  
Edacitatem, & huius impatientiam.  
**T**ri. Atq; vtinam herus refiscat hæc, & corrigat.  
Nam his omnibus comasta, herus dum abest domos  
Conniuet, atq; videns tacet, & (vti suspicer)  
Inducit hos nihil viros. Com. Hem, vti video,  
Nisi rigidè abactus hic sit, pax nostro huic  
Fore non potest negotio. Triboni, ades.  
**T**ri. Quis me vocat? Tun' hic eras Comasta? Quid  
Me vis? Com. Quid ædibus relictis me inscio  
Exis foras? An nulla tibi cura est rei

Domesticæ? Tri. Est nonnulla, maior forte q  
Quorundam eorum, qui crepantibus ampliter  
Buccis eam sibi arrogant. Com. Hæc in meam  
Contumeliam, tuūq; prosequeris malum.  
Quæ igitur foris rerum tibi curatio est?  
Tri. Primum expulit me improba Colacis edacitas;  
Qua indignè heri penu abligur if funditus.  
Com. Nunquid minus te id arguente acturus es?  
Tri. Faceret minus, si tu minus conniveas.  
Com. Salus herilis pendet ex te scilicet.  
In heri negotia modo hic ablegandus est.  
Quis militat cuius suis stipendijs?  
Nulla alia causa te vocavit huc foras?  
Tri. Hæc causa prima (diceret ut iam cœperam)  
Huc impulit, verum tametsi hæc non foret.  
Granarium vocarat huc vel horreum  
Statim, ad cribrandum triticum, herus ut iuss erat.  
Com. Id iam cribratū oportuit. Abi, abi hinc fructus  
Et expedi oxyus quæ agenda in horreo,  
Nisi fustibus scapulas velis metirier,  
Nā & hoc peracto ad alia dirigēdus es. (Colax.)  
Abi. Tri. Heu. Cō. Colax ades, euola. Col. En adest  
Com. Vti iuss eram, i venare, vtrū ne illos queas  
Tres debitores vspian prehendere,  
Iuricq; sistere. Col. Exigam, haud effugerint.  
Com. Curre, interlin nos te domi morabimur.

Tr. Si intelligam probē doles, quos cum improba  
Commentus est, non debites es iudici,  
Sed scorta herili filio doctanda sunt.  
Conscendam in horreum hoc, & ē granario  
Sollicitus obseruabo quos adduxerit,  
Si non dolii hic commenta sint, nullus siem.

¶ Chorus. Iambico distretto.

A Mor parentis in suos  
Res est stupenda liberos.  
Non pupillat tam lumen est,  
Quod patri amicus filius.

Vt araneus se enisceret  
Pater, & tuam substantiam  
Impendit, ut gnatum inuet,  
Et calamitate liberet.

Mancipia edunt, ipse esurit,  
Paruōve vietu & aspero  
Vinit, suo dñm filio  
Parcat, sibi parcit nihil.

Nam propter hunc beandum, adī  
Terra marisq; pericula,  
Latronum & insidias paues,  
Sed & frequenter incidit.

Horum omnium tamen inferius  
Forc' liberi immenores solent,  
Lentibus regendunt mcvibus

Pro amore amaritudinem

Sed tu probæ indolis puer,  
Tantis tibi laboribus  
Obitis referre gratiam  
Stude, & vicissitudinem.

¶ Actus secundus.

Scena prima. Iambici tetrametri

**M**erimnus. Tr̄ibonius. Dætrus.  
Ortaliū nemo est miserior me vel infelior;  
Nam scrūtutē fr̄ater hanc quā seruo, tametsi optimo  
Huic viro, multis ab economo modis diuerberor.  
Cui senex totam simul cū ū familiam tradidit  
Suā gubernādā. Tri. haud mincib⁹ affīcior et ego mālis  
Probra, imfproperia, irrisiones, scēmata, & amaris falcs,  
Et colaphi, & alapæ, & v̄lmeus liuer manēt Tr̄ibenū.  
Ni pedibus & manibus libens eam eius in sententiam.  
Mer. Sermone blandō, moribus placidisc⁹ cōpello virū;  
Fert semper agre, vt herō fidelior sit obsecro, nec me  
Nisi verbere aut conuictio dignatur, & quod omniū est  
Multo mihi molestissimum, quæcunq; fōlicitudine  
Mea, aut tua frugalitate parta sunt, heri queq;  
Quicquid laboribus erat aggestum, economus inūtilis  
Et infidelis dissipat, nobisq; demensum cibum  
Subtrahit, heriū quē iusserat tempore statu nobis dari.  
Tri. Rē vētā & ærūtūfamais Merimnū, sed q; inclytū  
¶ amabilēm adolescentē heri pūlcherrimā subantiam.

Corrumpit, illicitus it omne scelus, habet me pessimus.  
Serui fidelis est heri magis usque honorem ac liberos  
Curare, quod vanas opes, magis usque multo quam sua  
Comoda. Ferendum ut cuncti si quis me attingat, aut rapiat bene  
Domini, at quod in heri pignera exitium est, ferendum neutrum.  
Mer. Verum hercule, verum nunc quid aequaliter tibi videtur, si induit  
Nos tercerit, & hanc scrutum tem faciat odiosissimam?  
Tri. Profecto iniquum, sed decet pro hero fideliter seruum  
Opprobriis saturari, & affici crucibus. & emori  
Si tu aut locum expetatis. Mer. quod igitur est? quod factum opus est?  
Tri. Quod primum hero negotium omne deferamus, ut tamen  
Ne nos doli insimulet, vel infidelitatis arguat,  
Si clavis fuerit. Mer. Probemones, redeunt heri indicabimus  
Tri. Mora est periculo. Mer. Periculum quoniam suggesta sunt  
Tri. Agendum id est statim. Mer. Statim. Tri. Statim  
premit enim occasio  
Mer. Qui sic! Statuit ut assulet epulari? Tri. Ita, est gratia  
Dolenda vidi, scorta posticulū intrusus Colax. (narratio)  
Mer. Nugaris. Tri. Utinam. Prius enim econtra  
vidente me dedit  
Mastigiaz huic mādata, ut adolescētulo scorta ingerat.  
Mer. Pape quid audio, perij: quoniam istud est cautus magis?  
Tri. Haud evulstione opus, sed sedula prudentia.  
Tu præstato ut iustus es scombros, ego patris familiam  
Hac clāculo interea oīa indicauro. Mer. Recte menest  
Sed ecce ab incunabulis hypocrita Dextrus aduolatur

**C**ave neq; hoc intelligat. Dct. Quid abitis, & qd ceditis  
Atq; o viri integerrimi! Quid me domi reliquitis?  
Mer. Nos præstinatū amittimur pilces, pbi qd intereſſ  
Serui, domum intus & foris curato, a derimus crastino.  
Dct. Me miserum, adhuc liuet cutis piagis nuperrimis,  
manent

Recētia heu me ybera, adeo rigidus est etconomus hic.  
Etiam in ijs quæ præcipit præscripta contra herilia,  
Nullusq; huic malo obuiat: redat utinā her<sup>r</sup> & obuier,  
Tri. Seruū innocētē oia deceſ perferre mala, qto magis  
Nos, qui innumerācō: nisiimus. Vale. Dct. Valete.

**A**ctus. II. Scena. II. Octonarij, vt superiores.  
Derrus, Comasta. Merinus. Tribonius,

Nunc bene est.

Nunc carbasā Sed huc irruit Comasta clavatus, lubet  
Videre quid agat, non puto qd aduertet in amicū modo,  
Cō: Scelesti, inertes, plagipatiq; adhuc satij' liuet cutis  
Tantis per eſt garrisre lubitum, & attirere diem otio!  
Abite, abite dum. Mer. Heu. Com. Vt iad coruos, vel in  
malam crūcem. Tri. Qh.

Dct. O Hercules diuerberat eos fuste, faxo eiusmodi  
Ne condiat carnes meas condimine. Obsequar homini,  
Blandiq; frontē præferēs quæ voluerit faxo, vt queam  
Redimere tot plagas. Si erit frugi, coquendi copiam  
Mihī faciet, indulgere Genio sicut, vt arbitror. E foro  
Pascitulos, siccedulas, anates, lepusculum, & antrem

Dudum attulit, non nihil in his sperare mihi licet boni.  
Verunt̄ sc̄o equidē, herus veniēs domū hæc si res cieris  
Nos v̄lmeos totos dabit, sexcento plagosc̄ faciet.  
Quia iuniori filio hanc occasionem dederimus.  
Int̄ sacrum saxūm̄ sto, lupum aurilus teneo miser.  
Delibera, perpende Dætre, vtrum eligas euadere  
Pr̄sens malū, aut percdinū. Ex misero quidē miserrimū  
Te isthōc die facere valebis, siue fœlicissimum At  
Quid ante tempus es miser, crucians teipsum inaniter?  
Dætrus minister erit, coquet bellis homunculis, malis  
Instantibus medetier licet, futura incerta sunt.  
Quinet si hero fiat palā, nihil est quod haud prætexer<sup>e</sup>  
Callidus, & excusare, & incusare, & assentari  
Doctissimus. Sed iam reuortit huc malitia præditus  
Trux carnifex, timeo faciat in me impetum, ita torſis  
ferox

Voltū, aſt eo obuiā, eī capite demisso honorē exhibuo.

¶ Actus. 2. Scena. 3. Tetrametri, vt superiores  
Comista. Dætrus.

**H** Eus Dætre te volo. Dæt. Hem dñe, præsto sum,  
abutere vt libet.  
Com. Te perduat tuiq̄ abusum Asphaleus impurissime  
Vt libet potioribus. Dæt. Quid dixerā? Ut libet vter.  
Dicere volenti parcito. Com. Parco, eaue sis amodo  
Mili y bulo aut nutu obstrepas. Dæ. cati cauebim⁹ am⁹  
Dic mi patronē, siquid actū à me velis, perfecero. (dex)

**Lubēs.** Cō. Probē, sic te deceat mihi esse morigerū. Sed his  
**Compendium** dictis volo. Scis flagriones hos duos,  
**Quos** fuisse deturbauī ab ædibus, vīcī iussibus meis  
**Rebusq; singulis & aduersari & obloquit?** Dē. scio. Com  
**Hos** uti merebāt, p̄ximū in vicū expulī. Dē. merito qđē.  
**Com.** Vnārjū vt contētur, & pilces domū cras cōuehāt  
**Reliquāq; familiam** vacante amisi ad opera extraria.  
**Dijboni,** q; absentē hero turba omnis infidelis est.  
**Te** vnū inter oēs & probū & fidū autumo, cui nil prius  
**Herilib; bonis.** Dāt. protectō nil prius. Cō. paucis cape,  
**Sunt** iuniori gnaō hec ilī amiculī Sybaritici,  
**Asiatici,** atq; Asotici, quibus dapes lautissimē  
**Coquas** oportat. Dēt. scilicet, sed qđ si herus rescinerit?  
**Næ** acerrimas penas vterq; dabimus, alter & alteri  
**Nō** vīcī suffragabitur, timeo admodū pelli meā. Com  
**Et** ego admodū iugulo meo. Per Herculem tu ignauor  
**Cuculo** es homo. Pelli times, tibi dum esse facili licet?  
**De** pelle si modo agitur, in portu silent metces meā.  
**Dāt.** Ero vt vokes. Com. Cura statim sequare. Dāt. Ta  
 actutum sequor.

**Poloim q̄s vidi,** hic est deterritus. Com. Deterritus?  
**Væh** tibi scelus. Dāt. Sine obsecro finire me sententiam.  
**Com.** Quā? Dicito. Dāt. Poloim q̄s vidi, is est deterri.  
**Qui** respuat beatus esse, dum fuerit occasio. (mus.  
**Id** coeparam. Cur mi volenti dicere id succenseas?  
**Com.** Haud loquere cōsentancū, tamē facessi quæ velas.

Ne feceris mihi remora, sequere. Det. Sequar celerrime.  
Nunc abire hic pol omnium, quos terra sustinet uspiam  
Deterrimus, ridet senem, rem dissipat, gnatum locat  
Scortis, serit pueros, & omni luxui se immersitat.  
Hinc aliquā affectos probro optimos viros longe aspulit  
Quo indulgeat licentius suis cum herili filio  
Fœdis voluptatibus. At ex intemperantia illius  
Mihi cumplūs obtinget honorū, quod voluptate liceat  
Frui, atq; ad eius pessima facinora probum viderier.  
O lepida fors fortuna seruas me, bene est, bene me beas,  
Nūc carbasā (inq) Euro dabo, atq; frēna laxabo Genio.  
Intrō seqr, coquo, Ixo, torreo, condio, apparo splēdide  
Exit Colax ad hæc probæ exigenda mirè accōmodus.

Actus. II. Scena. IIII. Iambici senarij.  
Colax solus.

¶ Qui optimo ter maximo habeo gratiam,  
¶ Mīhi omnis ex sententia res prouenit,  
Albis quadrigis euehor, post brumam adest  
Venus tepr, post hymbrem adest serenitas.  
Sub inedia misero opitulatus obiter est  
Comasca, prædam vterq; quam vult nactus est.  
Parafitus est vñatrico similis cani,  
Cuietsi feram vñator eripere solet  
E dentibus quam ceperit, cibarium  
Tamen accipit panem, vt suam ingluicem explear.  
Prædām priorem domino, & hanc sibi vendicans,

Item ego, feras quas prendidi & econsumus tenet  
 Sibi atq[ue] hero, scorta attuli, epulæ me manent.  
 Verua tument, chy tropodes exhalant soscis,  
 Fœlicitati vnum deest meæ, vt pote  
 Vnius Asotii redditus, hunc si prendero.  
 Sat prendidi. Sed aduolat ne Asotus hoc  
 Accipitris in morem, sinistra quem gerit?  
 Sine, appropinquet, iplus est, Asotus est  
 Ipsissimus. Nunc incidit fera ultima in  
 Casses meos, quam cupieram. Dixi boni  
 Q[uod] vagus hic est pullus, q[uod] & indomita est avis.  
 Nec lac similius lactis est, nec aqua est aquæ,  
 Atq[ue] hic avi persimilis est. Patrem (auguror)  
 Abiisse scit, levitatis id dat somitem.  
 Nam cum domi est, ipsum veretur plurimum. Hem  
 Quid arguo, cuius meam dementia  
 Gulam beat? Canet, haud videntem se videt.

**A**ctus. 2. Scena. 5. Iambici dimetri & trimetri.  
 Asotus. Colax.

**A** Vis feræ persimilis est      **A**catalepsis  
 Inuenta lubrica & vaga,  
 Nam quemadmodum sæpe amolat  
 Custodis avis incuria,  
 Ut nunquam eandem possiet  
 Allicere vel prehendere.  
 Col. Vetus ista cantilena

B .53

**Quidrat** tuis adamussim  
Tum moribus tum factis.  
**2.** Inuenis perinde lubricus  
Fuge fuat si occasio,  
Nec patris imperium obuiet,  
Raptatur vitro quolibet,  
Ut eius ignores vias,  
Nec possies reducere.

**Acatar.**

**Col.** Bene intulit profecto,

**Catar.**

Ad haec libens aut culto,

**3.** Si morte delirus senex  
Sublatus ē medio foret,  
Et cederet milii porcio ex  
Hæreditarijs bonis,

**Acatar.**

Beatus & felix forem, &  
Liceret omne quod libet.

**Col.** Quanq̄ canentem audire perlibel, tamen

Adorior hunc (quia proximus) iam comiter.

**Aso** salve. **Aso**, quis loquutus? **Col.** huc respice. **Aso**,  
Tu' es Colax? **Col.** ego sū animule, **Af.** hē, salve **Co**  
Quid admodū suavis es? **Col.** Egōne iam tibi **clax**,  
Suauior sum, q̄ hactenus semper fui?

**Aso**. Videre nunc quidem, Sed age dic mi **Colax**.

Senem ne vidisti patrem meum? **Col.** Domine ist.

**Aso**. Perij. Quid inquis? **Col.** Te moratur in ostio,

**Aso**. Plane occidi miser, hunc abisse tus ratus.

Col. Quid si ego velē te isthāc modo trūnā exequi?  
Afo. Dic scrio, pater domi est? Col. Non, xus ijt.  
In prædium, vix crastino redditurus est.  
Tamen domi est. Afo. Quisnam Colax? Philatius?  
Col Nō, cū p̄e est. Af. Tribonius? Col. Nō est. Afo,  
Merimnus ablenti patri cupit integrum, & (scio  
Salutē esse rem. Col. Nec is domi. Afo. Me plurimū  
Beas. Col. Beo inquam te, nam uterq; abactus est.  
Afo. Abactus est: quo abactus? Col. In pagū foras.  
Afo. Conieta villic? est? Col. Patrē q; habet hospitēs  
Afo. Salutē meæ res sunt, teruncij cæteros  
Non fecero. Sed dice quisnam sit domi.  
Qui obfit mihi? Col. Scis græce? Af. Ita, & græcarice  
Vt cuncti calleo, dum licet. Col. μαργαρίτης  
πλακόσιος. Afo. μαργαρίτης κλυκέας, γλυκύς δόλος.  
Sed age, quid haſce ſuggeriſſ? Col. Rogat Domi  
Tuæ morantur te. Afo. Me Aſotumſ Cerberus  
Te glutiat nequissime. Col. At te maulim,  
Dum nuncio bona, etiām ne diris deuoues?  
Afo. Mentiris omnia. Hactenus mi os oblītum eſt  
Colax? An auis eiusmodi tibi videor  
Impure, qui cum Iuſtes? Col. Cedo manum. Afo,  
Quid volt dariſſ hem. Col. tā vera ſunt hæc, ē ſupra  
Nos eſt poluſ. Afo. Videris eſuriſe. Col. Jam  
Non admodum, nam illuſa tyrannum propuliſſ  
tribus pernis, qui adegit me cruci.

Denuo propulsaturus hinc πορρώπερσι  
Petalonibus, πορρώτερων artocreas.  
Aso. Quo verbacro verborum hic ingens ambitus?  
Suspendio tenet, logis finem face.  
Col. Compendio dicam. Senex abeit domo.  
Oeconomicus a pulit familiam tetricam,  
Veneratum abegit me. O lepusculos tibi  
Pulposulos modo prendidi, Planesium,  
Marganum, feras & id genus alias.  
Quicquid gulam aut Venerē allicere solet, domum  
Comasta comportauit, & Dætrus coquit.  
Vinum, iocus, risus, salēsq; affluxerint.  
Aso. O Bacche seruas me, si ita est, sunt yes meæ  
Fultæ. Sat est verborum, eamus intrō, nam  
Ardet videre corculum quæ dixi. Ament  
Te Dij Colax, qui quod mea ex re est sedulo  
Curas, meminero dum sinent fortunæ.  
Sequere. Col. Sequor, grunnire venter occipit.  
Tu cantilenam prosequere, quam cœperas.  
4. Aso. Cum bellulis homunculis    Acataliamb;  
Et candidis puellulis  
Porrigere frontem si libet,  
Id propter inopiam haud licet.  
Soluendum enim dum in symbolo est.  
Ubiq; zonam perdidisti.  
Col. Id mihi accidit frequenter.

Cum non eram soluendo.

.¶. Aso. Iccirco patrem accessere,

**Acast.**

Rogauerōq; vt impletat

Meam aureis crumenulam.

Si fors mihi id negauerit,

Rem hæreditatiam petam.

Mihi diuidi, atq; abuero.

Col. Mentis sūræ secundunt

**Gata.**

Vagam indolentia cariendo,

Fugam fugax meditative

Ni consequatur votum.

Aso Sequere. Col. Seqt se. Aso. Aperitut ostū. Col.

Monet ipsa res, nident culina obrenia. (Sequit.

¶ Chorus. Iambico dimeto:

**V**ana est iumentos/ & vaga/  
Salax/ petulca/ lubrica.

A pecude, ni coērceas,

Post paylulum nil differet.

Sola est voluptas, cui studet.

Sola est libido, quam cupid.

Scortari, inebriar;

Noctes dieq; nititur.

Tam cæcus est ephebi amor/

Pcruelus/ improbus/ impius/

Vt iactet id potissimum,

Vnde erubescat maxime.

Sua stupra clancularia/  
Furtum/ dolum adolefcendūs,  
Quantumlibet pudenda sint,  
Celebrant, honestant, effrunt.  
Quapropter hanc licentiam  
Oportet esse coēcitatam;  
Alioqui ephebos criminum  
Tandem in barathrum merserit.  
Nam quodlibet malum, cui  
Non initio resistitur,  
In omne passim flagitium  
Pecas priore pertrahit.

### ¶ Actus .III.

Scena prima. Iambic senarij.

Cometa villicus solus.

**M**Andata herilia vix quidem, quæ tuta sunt,  
Solent inertes aggredi, & nihilominus  
Cum hero suo, si vtrungad oculum fecerint,  
Pro præmij retributione expostulant.  
Fidos probosq; te arbitrantes seruulos.  
Veruntameni multo lecis ego certeo,  
Nam fidum ego & probum autumo, domini suff  
Qui iusta sedulo facessit, & aspera  
Perinde fert ac prospera, haud tamen arroget.  
Sibi meritum, sed inutilern vsg; iudicet,  
Totusq; herili ex gratia dependeat.

Me, scio equidem scio, verbera atq; opprobria  
 Manent ab oratione domi, nam ex gre fereb;  
 Se deprehendi ac reprehendi, herum quoq;  
 Lento gradu meum assequi ad vestigium  
 Non suspicabitur, & ob hoc in me statuet.  
 Verum impetum herile ex equi est sententia.  
 Visam quid actitet dotti, num dissipet  
 (Ut detulit Tribonius) de minimi bona.  
 Ne calida eludat vafricie simplices  
 Senis oculos. Coarguent nequam scio  
 Tribonium, quasi egerit iniquissime,  
 Factus sui commilitonis proditor.  
 Sed ego virum fecisse recte existimo,  
 Nam te infidelem hero esse, quo seruo malo  
 Sis propitius; non conuenit, minime expedit.  
 Sed ostium crepit, videbo quis exeat.

**A**ctus. 3. Scena. 1. Trimetri, ut superiora.  
 Colax. Comasta. Cometa.

**P**raece vina animos solent (quemadmodum  
 Cecinit poëta) sed mihi feciūs accidit.  
 Quantumlibet ventrem metum vino opplicam,  
 Nihilominus labastis animus in potens,  
 Et proptes aduentum senis cor palpitat,  
 Nutant gradus, artus tremunt, pallent genae,  
 Sed & pauor subitariam vrinam exciet.  
 Papæ, malo omniae auctoratus sum diem hunc

**In** foribus est malum. **Come.** Quid occipit loqui hic  
**Scelestus?** Col. Heus Comasta, te volo, ades dum.

**Coma.** Ut hic

**N**e quis sim bacchaf, ecqd est? Col. malū. **Coma.** hui  
**Col.** Perimus. **Coma.** At seruamus inquam. **Col.**  
Hem me. **Coma.** Quid est?

**Col.** Vbi transij limen domus, in culmine  
Sedit sinistra clamitans minaciter,  
Rostroq; teglas vellicans cornix. Quid hoc  
Portendit aliud, q; quod aut mea, aut tua, aut  
Vtriusq; nostrum vellicanda sit cutis?

**Coma.** O timidiorēm lepore. Num cornicula  
Te terret vnicā? Nec corax, nec noctuæ, aut  
Cornicularium mille me deterreant.

**Adeon** superstitiosus es, vt anilibus  
His fabulis attonitus expauesceres?

**Ades,** fruere præsentibus, futura nanc  
Incerta sunt, redi. **Col.** Redibo, at palpitan;

Certè hoc viro hand in orbe confidentior,  
Qui homines veretur neutiq; nec percita

Ira expauescit Nutrina, at vero obsequar.

**Come.** Nisi durius Comasta sit coercitus,

Res nostra pessum ibit domestica, quiāne

Hoc homine confidentiorem neminem

Puto esse in hoc loco, nec usq; genitum;

Mediusfidius ipse Parasitus iustus est.

Si conferatur economo. At ego nunc sequor.

Clausum ostium est, validissimè pulsauero.

17

¶ Actus. III. Scena. III. Senarij.

Cometa solus.

H Eus heus, quis intus est? quis aperiet ostium  
Ohe, domus plena est ligurientium, (hoc)  
Bacchantium quoq. & meretrificantium.  
Nemo audit. Ecquis aperiet mihi ostium hoc?  
Merimne, Dætre, Thrypte, Tribeni, Nullus est.  
Ut nulla deferentium suspicio sit,  
Validius aliud ostium pulsauero,  
Penitissimum quod ducit in domus locum. Heus  
Recludite heus. Nec vox sonat, nec sensus est.  
Quid ah Di⁹ vestram fidem, quid agitur hic?  
Clamo, reclamo, pulsito, repulsito,  
Ut non modo postes quat, sed & domus  
Nutare fundamenta videantur, nec est  
Qui exaudiat, respondeat ve, at una vox  
Est omnium bacchantium & heluantium.  
Risus, iocus, festiuitas tractantur in  
Penetalibus. Comasta hero inibi herilior.  
Vocabo tandem ex nomine. Heus Comasta. Ohe  
Exaudiunt, nam müssitant, ut musculi  
Taciti silent. Prorumq; et huc foras latro  
Furibundus ac temulentus. At qui nendum adest,  
Quid nunc moratur? At nihil non suspicor.

C .l.

Num scorta clam efficit per abdita? Neutiq;  
Nam audentior pulsabo adhuc. Comasta ades dum,  
Ades dum, ades dum. Quid moraris siagris?  
Non dubito quin me rideat, ea præditus  
Petulantia est. Conuitio irritandus est.  
Exi è latibulo mastygia citus foras.  
Egredere pernicies herilis ædibus.  
Exi è culina nidor. Ecquid adhuc lates?  
Quin aduolas? His credo prouocabitur  
Sermonibus.

¶ Actus. III. Scena. IIII. Senarij,

Comasta. Cometa.

**Q**Vid hic tibi clamatio est  
Pro his ædibus scelus? Putas versarier  
Ruri, tuove in sterquilinio sordido?  
Abi frutex, abi, recede à iamua. Come. Heu.  
Coma. hoccine volebas? Come. heu peri: qd̄ beras.  
Coma. Quia lubitū est. Come. Patiar. Sine, aduenias  
Senem sine aduenire, quē absentē comes. (linex.  
Tu urbane scurra, libidinum fomes, mihi  
Rus obijsis? Post pauculas horas caue  
Numerum in crucibus arentium ruri auxeris.  
Nunc dum tibi lubet & licet, bibe, perde rem  
Domesticam, corrumpe herilem filium.  
Meretriculas accerse, pasce inertium  
Gregem heluonum, vna agite pollucibiliter.

Totos dies noctesq; pergræcamini,  
 Iste nec ne mandavit tibi, cum abiit, senex?  
 Hoccine statu offendet repositam rem suam?  
 Hoccine boni serui esse officium existimas,  
 Ut filium corrumpat absenti patre?  
 Corruptum eum duco, dum ih̄s studet artibus,  
 Quibus eruditur ex magisterio tuo,  
 Coma. Quid tibi (malū) dic qd ego agā curatio ea  
 An non tibi curanda ruri pecora sunt?  
 Potare, amare sc̄pta ducere animus est.  
 Mei sit hoc tergi, haud tui fiducia.  
 Come. Qz audacter inter pecula modo perfidrepit.  
 Coma. Te Iuppiter perdat, Dijq; omnes. Abi,  
 Tetrum allium Germana colluvis oles.  
 Come. Non omnium est vnguenta olere exoticā,  
 Neḡ vescier tecum opiparis dapibus. Tibi  
 Tuos habeto turtures, ficedulas,  
 Passerculos, & id genus alias aut̄s.  
 Sine me alliatum, & fruge contentum me a,  
 Fidum esse hero. Sis tu beatus, ego miser.  
 Come. Bene imprecari id quod est dignissimum,  
 Decet me amare, & te bubulcitare: me  
 Quoq; victitare splendide, tecq; miserē,  
 Abi, caue molestus esse, rus abi.  
 Come. Non cessero a modo, licet modo oporteat.  
 Coma. Sapit, aufugit, neḡ quod loquit floccit acie.

Nam abactus est, explosus est. Sed res quid hic  
Sordidus inexpectatus obiuit An hero (id  
Quod suspicor) dolelio explerator est  
Vah tergori, vah gutturi in eo. Attamen  
Hic excier talpa, atq; pilo et blusior,  
Ut atrum ex albo vix queat discernere.  
Hominem probè deludam, heros si resciat,  
Nihilq; in his non comminiscier licet.  
Regrediar intro, sint lute curse omnibus  
Curantibus. Quid hui, quid intus est tumultus  
In clamitanti Diuosa: at quid hoc malus?  
An (vt assoleat) fit pugna pro mulieribus?  
Celerius hac dirimenda, ne gliscat malum.

**¶ Actus. III. Scena. 5. Trimetri.**

Cometa solus.

**Q** Vid cencito cursu indecum irruit latro?  
Quid ciuitate, atq; defrecatio  
Cruciuntq; verborumq; Per posticulam ne  
Horus, hos vt inopinatus in facto opprimat,  
Ingressus est. Suepte more neutiq;.  
Ruerat hac, fers & mihi indigabitur,  
(Si intus fier) quod tantum huic dederim Aeneis  
Spurcissimo. Iplus est senex, mirum quidam,  
Qui tantum itineris mensus est hora brevi,  
Urgebat hercule negatum, quod & addidit  
Vices lenocini. Ipus est certe lucidus.

Nam amarulentis gemitibus vox illius

Singultit, & Philacij vox acrior.

Eccas, propelluntur foras Marganum &

Planesium meretriculae, & iuenculus

Alosus indomitus, utrisque luctus est.

Procedam ut audiam, atque consulam probem

(Si quinero) bona adolescentis indoli.

¶ Actus. III. Scena. 6. Senarij.

Marganum. Planesium. Alosus. Cometa.

**H**eu dura fors. Pl. heu mi miserrimā, o dij, vt  
Fedata cutis, & puluere obsita. Al. ah dolor  
Mar. Quid oblītā isthanc puluere ingemisc. Vide vt  
Mea tumida est, liuētq verberibus cutis.

Nec me piget pudere, nec sordere, nec  
Plagari, tuo prae amore mel meum.

Te puleat ob puluisculum, qui adhaerit  
Vestitui, aut cultum immunitum conqueri.

Pla. Quis nescit, hac quod voce sugilles meum  
In amicum amorem? An modo sibi te elegerit,  
Ductauerit, & amauerit? Sile olida sus.

Mar. Quin tu sile cloaca, susque morbida,  
Cui, præter hanc frontem, femur, latus, inguina,  
Et corporis alia membra purulenta sunt  
Infecta morbo, qui solet celari.

Pla. Tun' audeas me morbidā? Mar. Quin audeam?  
Et menstruosa m. Pla. Me ne dices morbidam,

Me menstruosam! En morbida hæc veneficam,  
Te his verberat pugnis, & vngue vellicat.  
Mar. Id neuticj impunè egeris. Tu scđior  
Quouis cadauere, atq[ue] sceno obscenior,  
Tu cæderes! Sic disce pugnis cædere,  
Sic disce pugnis cædere, sic vellica,  
Come. Non est quod usquam gentium intueris.  
Malim: calyptra, pepla, vittæ deuolant.  
Passos capillos manipulatim vellicant.  
Hic ludus est planè meretricius. Adit  
Asotus, huic videro quid horum curæ erit.  
Sequester est profecto, prælia dirimit.  
Alo. Nolite rogo me propter alteras ager.  
Nam utraq[ue] mihi ut pulcherrima, ita charissima es.  
Faxo in malis sociæ, & bonis fruamini.  
Mar. Men' illa cæderet? Pla. Tibi ero ludibrius.  
Alo. Quietcite, et si corpta nostra negotia  
Turbata sunt, fortuna tandem si volet,  
Meliora erunt. Miliu à patre recedendum erit,  
Qui offensus his grauissimè, pernas graues  
De singulis sumpturus est, in me quoq[ue]  
Forte omnium grauissimè animaduoxterit,  
Si in ipso si primo furore occurro.  
Vale a miculæ. Mar. Vale longū. Pla. Vale. Come.  
Asote Asote. Alo. Quis vocat? Come. qui respicis  
Hic sequere, ut animi causa camus quolibet.

Alo. Nō te sequor. Come. Turbanus est. Hec te sequor.

¶ Actus. III. Scena. 7. Iambici tetrametri.

**H** Eus Thrypte, sellā profer, vt lassus quiescā, nā  
Eumenius. Thryptus.

Infusa baccho odore longe olet tētērimo (domus  
Epulantium bacchantiūm). Proh dolor, q̄ in hoc mēa  
Cōgesserim bona, ab improbis vt edātur his lurconibus  
Meretricibus, scortatibūm. Proh dolor, q̄ hēc domus,  
Quā semper haētenus seholam fuisse virtutum liquet.  
In ganeum atq̄ prostibulū conuersa sit. Quandoquidē,  
Nisi modo rescissem, filio labem intulissent maximam.  
Hoc cīne fideliūm est opus seruorum, herilem filium  
Absentē hero corrumpere, supellectilem pessum dare,  
Cāsis domus mēa vel expulsis probis vernaculis,  
Ductare scorta, aēcire lēnones, gregēm. inducere  
Parasiticum, & per fūta rerum ereditarum singulos  
Opplēdo pascere! An hēc quieto mihi aīo ferēda sunt?  
In hunc ne seeleratum gregem animaduortero! Haud

parcam. Puer

Feroc yus sellam, vt quiescā, nam oppido lassata sunt  
Meinbra mēa stando, restitando, eundo, redeundo die  
Toto. Haud fuit spaciūm quieti vel minuto temporis.  
Thr. En sella adēst herc postulata, sede, quiesce paululū  
Vin' adscrā quo prandeas parū cibi & fetus! Eu. Mane  
Thr. Præterijt hora prādij Eu. Scio mi puer, sed hoc die  
Neq̄ pane vescar, neq̄ libam vinū, priusquā in impios

**T**herapontas aīaduōterim. Producite illos huc foras  
Lorarij, quo iūsserā intus ordine. Producite. Thr. Heu.

**¶ Actus. III. Scena .8. Octonarij, ut superiores.**  
Lorarij Eumenius. Comasta. Dætrus. Colax.

**V** Ti iūsseras, Comasta adest domine, tuo discrī-  
mine aut

Plectendus, aut scruandus. Eu. Hem, quid ausus es

Contaminare zēdes meas nefande spurcitie tua, &

Scortis tuis, cædere familiam pro tua libidine,

Præterq; abusum filij, furarier, baccharier,

Scortarier quoq; & nihil sceleris pudendi omitte?

Quid poteris hijs p̄texere? Eloquere: qd obmutescis? &

Quid cōcidit vultu tu? qd mussitas? respōde. Coma. ita

Quia libitū erat Eu. hac yba nō sūt, q̄ merci grām aut

Veniam queant, sed irām & indignationem prouocent.

Coma. Iniquitas mea major est, q̄ vt fata mortis dēpcet

Eu. Te serue nequā ex ore p̄prio iudico. Ob scelera tua

Penēsq; nostra in mancipia proterua priuilegia,

Te morte dignū, tēq; plectendum horrida p̄cna crucis

Pronūcio. Clägat tuba. Com. heu, sic separas me amara

Lor. O domine fletere, Eu. Apagete. Sin (mors)

abducitis, peristis. Huc

Adducite alterū, volo etenim omnē semel domū meam

Purgarier. Lo. p̄sto ē here, hūc vin' ad phylacā trudier!

Vin' vlimeis aut taureis cædis! Eu. Vlmeis aut taureis,

Mille crucibus dignissimū! O trifurcifer, quin tu mihi

21  
Morem geris? Quenq; ad oculū servies? Mavis male  
(Cum deprehendinō times) seruo obsequi, q̄ hero tuo?  
Quousq; hypocrites eris? Quou q̄ mente subdola?  
Dxt. Verebar hinc, ne vapularem haud obsequendo.

Eu. Non times

Insane cum, qui carcerite perpetuo adigere potest,  
Iplāve morte tollere? At ventri studes, facile times.  
Et isthic abductus sicut per compita omnia, ac fera.  
Insignis hac q̄ dignus est furca, huic phylacæ innectite.  
Donec sciam, qua afflictione insigniter multabitur.  
Procedat & Colax vorax, qui præter id quod edit ac  
Ebit, arietem validū intulit quoq; castitati. Accede tu  
Quoq; bone vir. Quid juris est tibi aut rei in domo mea?  
Col. Nihil. Eu. Quid ergo absente me isthanc ingredi  
præsumperas?

Col. adegit huc me vēter Eumenis fam ēsq;. Eu. abducite  
Scapulāsq; flagris cedite, ac dimittite. Col. Et quidē sat?  
Dignē, vt lūat i caplæ, quod antē vēter hic peccauerit.  
Eu. iam sotibus plexis malū non parvū adhuc reliquū  
Gnati periculū minoris, nam beat me neutiq;. (est, mei  
Q. iniquus & qua passus est, at p̄ditus quod filius  
It, p̄essimē me habet. Ibo, & in iporē ingemiscēs turbus  
Contabuero miserū in omniū miserrimus, donec vagis  
Post fuita, scorts, libidines, ad veritatis transitem  
Reduxero. Itē pueri, Asotum querite, ut compareatis

¶ Actus. III. Scena. IX. Scenario  
C .S.

Philæthus. Alosus. Cometa.  
**Q**uo perditus se proripit frater meus?  
Moratur hunc pater, familia querit at.  
Sed ecum adest, frugi comitatus villico.  
Frustra monet, frustra obsecrat, scio perditum.  
Rigore agendum censco, obiurgabo cum,  
Et ut meret curiissime increpabo eum.  
Quid frater est, quod post tuam insolentiam,  
Temulentiam, petulantiam, lasciviam,  
Post ducta scorta, post domus rem perditam,  
Adhuc patris te subtrahis contemptus?  
Horum omnium non te pudet? Non paenitet  
Mitem patrem irritatis tantis sceleribus?  
Alo. Pudet, pigetque, & paenitet. Phi. quin ergo adeas,  
Quo patris iram mitiges modestia?  
Quid iners foris vagaris, aut turpia leuis  
Leuissimorum sequere contubernia?  
Quid otiosus otiosa amplecteris?  
Quid operi alicui te domi non applicas?  
Iam complices penas dedere tui, cruci  
Comæta iam suffixus est, Dætrus quoque  
Fortasse subrigendus est, Colax flagris  
Accerrimis laceratus est. Tu solus es  
Cui parcere pater optimus desiderat.  
Et adhuc iners vagaris, atque in otio  
Tempus teris. Quousque abuteris patris.

Inte, & mea patientia & clementia  
 Aso Hem, sat λάτων, pudet, pigētq; & pernitet,  
 Q; nostra propter contubernia hoc die  
 Offensus est pater meus, quia ego non tamen  
 Instruxeram, nec me sciente instructa fuisse,  
 Sed inscius quæsus, vltro & accitus  
 Sum, cæterum neq; tua vorata nec patris.  
 Ex integro substantia est. Però argui abs  
 Te indesinenter otii atq; inertiae  
 Tardere iam corpit, nec a modo perferam,  
 Num tu mihi pra fectus, aut didascalus?  
 Si deprehendat in facinore me pater,  
 Redarguat, me corrigam, aut tolerauero.  
 Abs te recuso vel argui vel corrigi,  
 Curare desine quod tua non interest,  
 Phi. Non interest mea! Diu noctuq; qui  
 Duris patri laboribus te deside  
 Interiuos En callent manus, rigent pedes.  
 Curuatur oneri dorsum, anhelat hoc meum  
 Pectus, gelu vrit & aestus hoc squalens caput.  
 Tu contrà inertis semper otio vacas.  
 Tu suauiter, tu delicate vicitas,  
 Instarcis scorti molliter: haud mea interest!  
 Aso. Quid agam scio, si pergis hec modo loqui.  
 Phi. Fac quod velis. Aso. Abiuero, Phi. Per me licet;  
 Aso. Turus abi sycophanta, abi in malam crucem.

Phi. Cometa sequere, actum est de eo. Come. Hec.

Phi. Sequere ad forum,  
Videbo quanti grana vencant. Come. Sequor.  
Also. Ille abiit, ego recta ad patrem processero,  
Omnemq[ue] rem, quae ad me attinet, petiuero.

¶ Actus. III. Scena. X. Scenarij.

Eumenius. Also. tis.

**V**T is beatus est pater, qui contigit  
Generare prudentes probosq[ue] liberos.  
Ita est profecto miserrimus, qui aut improbos  
Fatuosve consecutus est. Id proh dolor  
Jamdudum ego experior meis in prolibus.  
Suscepi enim ex uxore filios duos,  
Quorum alter est frugi nimis, q[ui] expedit  
Æqui tenacior. Laboriosus is  
Quidem, & utilis, sed admodum morosus est.  
Porro alter ut junior, eo est dementior.  
Nam ad otium, luxum, iocum est propensior.  
Sed eccum adest, turmens quasi ira percitus,  
Habet profecto nescio quid incommodi,  
A fratre forsan increpatus durius,  
Cui lenius q[ui] meritus est loqui expedit.  
Also. Salve pater. Eu. Mi gnate ut est? Recte omnia!  
Also. Etiā, sed est quod te volo. Eu. Ausculto libens.  
Also. Ne deneges mihi iam quod abs te postulo.  
Eu. Quid id est? Quid id celas? Ades dum, dic patri.

Afo. Da mihi pater partem meæ substantię,  
 Quæ hereditatio mihi iure obuenit.  
 Sine me institutis proprijs iam vivere.  
 Eu. Quid gnate mis? Quid in me displicuit tibi  
 Obscerro, ut hanc rem postules? Afo. Nihil patet,  
 Fratrem tamen mordere me palam, & alios  
 Mihi inuidere clanculum, non perfere.  
 Eu. Animæquior gnate es, boniq; consule  
 Quod in tuam rem à fratre dicitur tibi, aut  
 Abs quolibet. Non rancor istius rei  
 Est foeminarum, sed ipsa charitas.  
 Lasciuiam fuge & otium, curato rem  
 Domesticam, fratriades in agro, in vinea,  
 In ædibus: voto pari, si nequeas  
 Pari labore aut viribus. Ne iungere  
 Potantibus, scortantibus, voracibus,  
 Rapacibusq; & id genus nihil vivis.  
 Te tempori confer domum, mecum quoq;  
 Confiste liber in ædibus. Non te finas  
 Obsequio, & arte subdo la meæ domus  
 Seruorum ad improba pertrahi, sed moribus,  
 Sermone, gestu, actuq; liberalibus  
 Præstare cunctis nitere, quibus impetas.  
 Hæc tibi gerim nem gloriam, hæc tibi commoda,  
 Hæc tibi voluptatem omnium pulcherrimam  
 Parauerint. Hæc facito, & in te ne quidem

**Catellus** vñq̄ mutet, sed omnibus  
Habeberis charus, patricharis s̄anctus.  
**Afo.** Ne verba milii, morāmve feceris pater,  
Præcide funem, amitte, iacta est alea.  
**Ez.** In maximum dabo tuum tibi malum.  
Olim ies, cum te instruct vexatio,  
Q; exegeris temere tuum patrimonium.  
Mecum ingredere, quo fusiū tecum loquar,  
Et portionem, quam requiris, iuppūtem.  
Eheu miser. **Afo.** Ne lachryma pater, sequor.

**¶ Actus. III. Scena XI. Dimetria.**  
Belial. Astaroth.

**H**Aha he, quid vsquam lætius  
Terra/mari/cælo/solo/aug.  
Apud inferos milii accidit?  
**Ast.** Quid Belial adeptus es,  
Solito quòd es iucundior?  
**Bel.** Per Cerberum tu Bardus es,  
Non hanc vides pulposelam  
Feram incidere grifhis meis?  
**Ast.** Gnatum Eumenij vis dicere?  
Cui hæreditariam pater  
Rem diuidit? **Bel.** Volo. **Ast.** Video.  
**Bel.** Viden' capaces sacculos,  
Magnamq; vim pecunia?  
**Ast.** Quia videam! Et ausi plurimam,

*Bel.* Vide's ne ut inhibat filius

*Hæreditarijs bonis?*

*Ast.* Video, atq; plenis lancibus

Pendit pater gnato suo

Auri talenta plurima.

*Bel.* Dum appenderit, numerat oea;

*Auidiq; Asoti vincas manus*

*Ad inuolandum respice.*

*Ast.* Quintum pependit. *Bel.* Prouide

*Ne erres in aliquo calculo.*

*Si non velis stygos ignibus*

*In tartaro punirier.*

*Ast.* Non erro, decimam ponderat,

*Grandemq; vestium puer*

*Parat expeditus sarcinam.*

*Bel.* Vide sis. *Ast.* Video, iam appensa sunt

*Auri talenta quindecim,*

*Argenti & addit sacculos*

*Duos probati ponderis.*

*Age dice quid factum velis.*

*Bel.* Ponamus vndiq; laqueos,

*In gateis, in compitis,*

*In cenopolio, in foro,*

*Absconditi infidiabimur,*

*Non poterit hæc pecunia*

*Expenditur sine fænore,*

Sathanas vafrum te exhibe,  
Ast. Ero fortiore fortior.  
Latebo in cenopolio.  
Tuganeum tuum occupa.

¶ Chorus. Versu Iambico dimetra.

Si tuum fidelem hero decet  
Rem creditam querier.  
Vigilem/mekestum/sobrium/  
Absentem herum morarier.

Inutilis contraria solet  
Foris morante hero interims  
Domesticam rem perdere,  
Domesticosq; cedere.

Quicquid fidelis congerit,  
Id infidelis dissipat.  
Absente hero ventri,gulæ,&c  
Veneri nefandæ deditus.

Quapropter is, qui frugi erat,  
Redeundi hero laudandus est.  
At imprebus vel in crucem  
Vel in phylaciam agendus est.

In rebus itaq; prosperis  
Licentiam suspectam habe,  
Et in omnibus, quæ impunè agis,  
Finem subinde respice.

¶ Actus Quartus.

**Scena prima.** Iambici trimetri.

Merimnus solus.

**C**onsta, quo suo vacaret luxus,  
Vt truncus hec rūm atnisit ad vivarium  
Pro irreticendis pīscibus, vt cum Deus  
Fidelium pius arbiter redarguat.  
Profecto me piget, pudētq; ignauia;  
**Q.** ambo cāsi neutiq; restiterimus.  
Malo igitur itisperatus hoc die domum  
Reuertier, q; crastino quo iusserrat,  
Ne me infidelitatis arguat senex.  
Qui, cum sciam virum infidelem in omnibus,  
Hedas timore verberum reliquerim.  
At suspicor quod iam ne herus pīctioriterit,  
Et in improbum famulicium animaduorterit.  
Quod non redijt, vt dixerat, Tribonius.  
Dij boni quid cerno? Nunquid ex cruce  
Comastam heri promum atq; condum pensilem?  
Heu domine Deus, vt est subito mutata fors.  
Vt grauiter omnium virūm mitissimis  
Eumenius animaduortit hunc innoxium.  
Quid ego iam aga? Quo me miser vetfa? An domū  
Ingrediar? An foris morabot, dum parum  
Herilis ira tēfrixerit? Pauco admodum.  
Quin tuta persimesco cuncta, & heritę.  
Sed commodum, strident fores, videbo clam

**D** .  
sl.

Ab angulo quis exeat. Cum Pægnis  
Asotus est, peculiari seruulo.  
Libet mihi obseruare, quid vel egerint,  
Vel dixerint. —————

¶ Actus .4. Scena .II. Trinetti.

— I Asotus. Pægniam. Merianus.  
Puer, & isthac transfer ad  
Margænium aut Plancium. Pa. Faccesso here.  
Vin' redéo! Aso. Non, dic me secuturum illico.  
Parentur omnia, quæ ad gulam & Venerem attinet.  
Mer. Ut video, & ut modo res se habet domesita.  
Diutius q̄ par erat, atrio absui.  
His piscibus dum irretiendis institi. Heus  
Quò fers puer vidulum istud & marsupium?  
Pa. Ecquid tua interest? Eò quò præcipit  
Hesus. Mer. I. Sequetur Asotus, hinc subduxere  
Me, & clanculum explorauero cumentum rei.  
Credámne tantum ab herc datum peculijs.  
Absurda sunt. Iam prodit infelix foras.  
Aso. Nactus peculium ad meam sententiam.  
Auri talenta quindecim, alijs plurima,  
Genio obsequendum censeo, Veneriq; quoq;  
(Quod apud parentem non licebat) dum libet  
Obtemperandū. Quorsum enim os, ventrem, & alia  
Hæc corporis natura membra condidit,  
Si non sub hac ætate ijs fruendum erat?

Fronde scit omne nemus, volucres incubans  
 Ovis, pecus lascivit, & solus homo erit  
 Solati exors atq; latitiae! Absit. At  
 Cum suauibus puellulis, & dulcibus  
 Sunt poculis tractanda gaudia, dum comes  
 Vita, quia cras morientur, haud prætereat hic  
 Flos temporis, rosis coronemur prius  
 Qd marceant, certe hæc mea est sententia,  
 Recta adeo portum, vilo si qua nauis est  
 Milesia hoc die solutura, inde mox  
 Adibo amiculas meas Planeatum &  
 Margænum, carnem parari iussero.  
 Mer. Heu q̄ ista dementis similia verba sunt,  
 Hæc optimo minime patricelanda sunt.  
 Et commodum, ex foro redit Philætius  
 In agrum iturus, aggrediar, & alloquar.

**¶ Actus. 4. Scena. III. Trinmetri.**

Philætius. Merimnus.

**H** Eus q̄ tremor squalore, cura, & improbis  
 Laboribus, membra omnia mei corporis  
 Sub vesperem laßata erunt. Solus vacat  
 A tot. Mer. heus Philætic here. Ph. hē, qs me vocat  
 Merimne salve. Mer. Salve here, est mysterium  
 Quod in tuum effundere sinum cupio. Phi. Liket,  
 Mer. Petito A totus à patre patrimonio  
 Fugam parat, mentem suam mihi prodidit

D. 80

Iam nescius, quod si fuat, mox perierit,  
Lisu, iocis, libidinisq; deditus.  
Phi. Perierat, pereat, abeat vel in malam crucem  
Qui nil boni socii patravit hactenus.  
Mer. Vellim tam en per te pater resiliat hacte.  
Phi. Sciet protectò haud absq; patitudoine,  
Si totum ei peculium donaverit.  
Mer. Quæ à patre facta nescio, at quid dixesit  
Asotus, & quid egerit, scio. Phi. Quidnam id est?  
Mer. Nactus peculium (inquit) ad meam  
Sententiam, Genio obsequendum censeo,  
Veneriq; & id gerus alia, quæ ad luxum attinent,  
Quæ ut præterisset, ventus abstulit auribus.  
Phi. Quid audio? Mer. hoc qd dico, & audi cætera,  
Nam multa conuasata (nescio quæ) in domum  
Mereticiam portarier curarat, &  
Secutus est. Culpandus haud tamen est pater.  
Phi. Non est? Mer. Protectò nō, sed admonēdus est.  
Ne quo modo iuuenem fuga labi finat.  
Phi. Curabitur, non absq; per nitudine.  
Sic nostra sint et adenda certatoribus?  
In hoc laboratum atq; sudatum hactenus?  
Ostir uero hæc, si vera sint. Eccum procul.  
Tu abi domum, stude parandis piscibus.

¶ Actus. 4. Scena. 4. Trimelei.  
Eumenius. Philoxenus.

**M**iser æ depol statutum est omnium,  
 Qui enutrierunt obstreperentes liberos.  
 Phi. I. *huc quidē verū pater.* Eu. *Tam propē aderas*  
*Fili! Phi.* Pater a deo increpator nō graue.  
 Eu. *Ob quam meā in culpam!* Phi. *Qz indignū quidē*  
*Vita, data pecunia dimiseris.*  
 Scortatur, est, bibit volupe, totus perit.  
 Eu. *Miserrimum senem, cne: as me hac fabula,*  
 Phi. Merere tu quidem pater, neq; fabula est  
*Tu vere enim spoliando nos, dea ente*  
 Illius interitu n addidisti Eu. *Quid agerem⁹*  
 Rem postulabat propriam: culpanda erit  
*Hac mea benignitas! Vide ne tu magis*  
*Sis noxious, rigore qui adolescentulum*  
*Quia noluit flecti, obruisti durior.*  
 Hunc lachrymæ, hinc suspiria, hinc mihi iam sens  
*Nece amara amaror amarioz.* Spero tamen  
*Qz resipic tandem.* Phi. Attamen non ego quidem.  
 Eu. Reuertor intrò, vci videam quid fact⁹ opus⁹.  
 Phi. Vt video delirat senex. Cometa ades.  
*Vt vel aliquiss prudentiæ locus siet,*  
 Rus ibimus, nam res probè domesticas  
 Tribonius reuersus (eccum cum procul)  
 Recturus est.

**¶ Actus .4. Scena V. Trimetri.**  
 Tribonius. Asotus. Margenius. Plancius. Thryptus.

**N**unc in phylacam trusus es  
Dexterus coquus: nūc in mali merito  
Deterrimus subrectus est Comasta, sed (crucē  
Nūq̄ quietet mens lenis, nisi filius  
Reductus ad frugem siet. Sed ecum cum  
Quem in compitis & ganeis quæ siuimus.  
Clām obsecro moremur, ut intuamur exitum.  
Alo. O Hercules, q̄ est illa vita suauis, &  
Beata, quæ nullis coērcita legibus,  
Suæ voluptati, suisq; amoribus  
Paret, nutritur, pascitur, cui affatim  
JEs subrogat crumenula, atq; Venerem.  
Fruere anima ijs quæ parta sunt, dum fors finit.  
Dum luce vitæ vesceris, donec licet  
Id quod libet. Iam eo nauē adepta ad turturę  
Meas, meos passerculos, mea vbera  
Nihil moratus appeto, dudum quibus  
Mandaueram cœnam apparare, videbo quid  
Agant. Sed eccas, vtracq; fertur obuia,  
Me queritant. Pla. Animule Asote, quin venis?  
Nulla absq; te domi voluptas est, necq;  
Sine te aliquid est solatiū. Mar. Quid Asote id est?  
Te ocelle iamdudum moramus, omnia  
Quæ ad Venerē & ad gulam attinent, parata sumi.  
Alo. Adeste delitiz meæ, ô Planctum  
Spauium meum, meūq; corculum.

**M**argenium. **M**ar. Complectere. **A**so. Facio lubens  
**P**la. An præteris me? **A**so. Neutiq; mea animula  
**P**lanctum. Vlto hucusq; tendo ad vos iter.  
**I**am vero camus, vt cuticulam molliter  
**C**uremus, & fruamur optatis diu  
**C**omplexibus. Pater gemit, frater fremit,  
 Sed id omne dissimulare oportet amodo.  
**P**la. Gemat senex delirus, & frater fremas,  
 Se torqueant, se mordeant, se devorent.  
**C**um illis tibi obsecro quid est negotijs?  
 Valeant graues curæ, atq; frontem exporrigue.  
**M**ar. Facile domi tibi omnium horum obliuium  
 Induxero, introcavimus. **A**so. Ite, ego assequor.  
**M**ar. Haudquaq; vtrinq; prehende nos, & ducito.  
**A**so. Esto, sed agite concinamus. **M**ar. Ita placet.  
**A**so. Fælices, quibus obtigit  
 Sors nec dura nec infima,  
 Sed amplissima & inclita.  
**Q**uis faverit Venus aureis  
 Lasciuire cubilibus,  
 Tranquillaq; cum amiculis  
 Consuetudine perfrui.  
**T**ri. Audis ne Thrypte, vt nequiter sibi vendicet  
**A**sotus Euripidis hanc purissimam  
 Heicantilenam, pessime verba vitians,  
 Sensumq; corrupens? **I**hr. Capio, sed abste ego, vt

Poëta cecinit, gestio audire. Trib. Audies  
Modis Erasmijs, metrōq; glyconico.

Fælices, quibus obtigit  
Sors nec summa nec insima,  
Sed sane modica, & quibus  
Castos annuit aurea  
Nancisci thalamos Venus,  
Tranquillaq; perenniter  
Consuetudine persuī.

Thry. Pulcherrimē, vide ut improbus proba vitia?  
O quantum amaroris pariet hic nuncius  
In corde patris, vbi filium resciuerit  
Perire scorta tam nephanda, & perdere  
Rem hæreditariam. At aperitur ostium,  
Procedit huc senex foras, silendum erit.

¶ Actus. 4. Scena VI. Trimetri.

Eumenius. Tribonius. Thryptus.

**V**ox cantici me exciuit huc foras, putem  
Felicitatis quipplam infelicibus  
Fatis meis ea nunciets Frustra putem,  
Nam quicquid vsquam extat mali, in me concidit  
Vnum. Sed adsunt pueri, & inter se gerunt  
Nelcio quid occultæ rei minime integræ. Heus  
Quid missitatq; mutuo? Nolite me  
Celare, dum mea interest. Tri. Refert parum  
Tus dolentis here. Profecto cantus hic

Non gaudij, at mœroris est, nam herus meus  
 Alos adolſcentior totus perit.  
 Eu. Quidum Trionis? Tri. Adhæret is ſpurcissimis  
 Meretriculis Margænio & planesio.  
 Vidimus eas huic excipi per blanditer,  
 Affabulari mollius, iuauifime.  
 Quoq; oſcularier Eu. Quo loci perductus eſt?  
 Tri. In ganeum vt coniſcio, quoniam brachijs  
 Vtrinq; conſertis eo an perductus eſt.  
 An duxerit mage conçinendo, nescio.  
 Id here fuit, quod me cauentem audiueras.  
 Repetebam enim, quæ is nequiter corruperat.  
 Caſta Euripidis carmina. Eu. Aſt (vñ iuſſeram)  
 Cur non reduxis perditum, cum occurreret?  
 Tri. Iam fama publica perſtrepit, quod te adicerit.  
 Patrimonium petiverit, receperit.  
 Emancipatus eſt, & ipſum adhuc velis  
 Reducier; Tacco quod deſiam non queat  
 Inducier, cui tanta cum mretriculis  
 Et tam arcta conſuetudo cefſit. Eu. Aſte mi  
 Michare Aſte, gnate mi, quis det mihi,  
 Ut aurum & argentum meum impendam tibi, &  
 Impendar ipſe pro tua anima gnate mi.  
 Ite pueri ad opera vterq; ſua, ego mox ſequar.  
 Heus Thrypte, curriculum fac ocyus ad forum  
 Pilcarium, vnde ſiquid euectum mari

Quod edat familiā pīciūm. Accipe hōs decē  
Denarios, eme quantum opus pīsentibus.  
Nam quod Merimnus attulit, non sufficit.  
Thry. Faciam libens. Ibo, redibo ocyſime. I  
Eu. Satage, intus est quod interim peregero.

¶ Actus .4. Scena VII. Tetrametri.

**I** Asotus. Pægniū. Margeniu. Planefil. Ancilla.  
Trāſfer hæc puer in triremē asiaticā. Pæ. qd posteaſ  
Aſo. Dices gubernatori, ad horā proximā memē adſore.  
Tantiſper in portu morare, dum paratus adſiem.  
Pæ. Faceſſo, ſed quid de puellis dixerō? num adduxeris?  
Aſo. Adduxero. an tibi excidit qd intus hic decteuimus?  
Abi ocyus furcifer, & iſthæc in loco apto colloca.  
Caue ne carina foeda fit, neu teſea perſtillantia.  
Vbi tur turellas has meas iam compitulas compoſuero.  
Pæ. Curabo ſedulo. Nū aliud eſt qd ſtatim factū voles.  
Cū veneris? iam pēipe, vt opera vna id exigū. Aſo. nihil.  
Comptis puellūis meis mox ſubsequar. Vade. Par. Vale.  
Aſo. Heus heus puer. Pæ. quid volt modo. Aſo. Stabis ne  
flagrio? Pæ. Quid eſt?  
Aſ. Vtres duos cura optio vino repleri. Pæ. Meminero.  
Aſ. Res poſtulatet, vt & parēti, amiculisq. & omnibus  
Mihi familiaribus valedicam, hora at obſtat ſerior.  
Nā zetus marſ iam pxiuiſt, & maxie id vereor. Pīem  
Si accessero, instabit prece, instabitq. lachrymis, trahens  
Me proximi, iurgabit & frater, vetabunt ſinguli, vt

Resilire nequeam. Egero consaltius, si soluerem  
 Sic clanculū. Sed qd moratur hic meae veneres! Quid est  
 Q: nō venitis! Pla. Adsumus. Dester puella crepidulas,  
 Sandalia, armillas, calyptra, chirotecas, vittulas,  
 Flabellā, amomū, galbanū, storaca, thus, & reliquum  
 Mundum utriusq; nostrū, & almae Veneris incitabulū.  
 An. Hem, cū ēta I crinolo sub hoc locata sūt: nū aliud in  
 Pla. Faxis supellex reliq; mūdiū vsg; seruet, caue (bes:  
 Ne quēpā introduxeris sine senore. An. obsecqr mi hera.  
 Pla. Vide sis, priusq; libra noctē cū die æquet, aderimus.  
 Af. Vos tandem adester qd moramini! ānus ē dū comitur.  
 Mar. O mea voluptas adsumus tandem: quid oro tristior  
 Videre! qd habes aia! Pla. Atote tūne amabo tristis esse  
 Aso. Nequaq; Id vñ me mouet, q; insalutato patre,  
 Amiculists proximis abiuro. Pla. Valcant graues  
 Curg. Antibi est, q; nos sumus, ppinqiort! Tu nos quide  
 Materculas, sororculas, vxorculas, amiculas  
 Habebis vsg; tum domitum foris, & intra cubiculum.  
 Faciat omnis moror, à nobis voluptatem accipe. Mar.  
 Mi Atote amor meus, mēū pectusculū, nunc obsecro ad  
 Nauim alacriter properemus, omniū propulsatur ibi  
 Curarum amaritudinem, ludis, iocis, & osculis.  
 Dehinc perennibus in Asia cōplexibus. Af. O mea gaudia!  
 Non possum enim quia gaudea plentibus vobis, nec eis  
 Illus iam amaritudini cuiq; locus mea gaudia.  
 Eamus vltro ad mare, soluturi ocyus. Vni optimi

Ferri intrare nemiam ascopas iussi duas. Valeat pater,  
Valeat Philactius tenax, valcent amici ceteri.

Nostros amores exigamus sedulo. Pia. Concedimus.

¶ Actus. 4. Scena. 8. Tetranecei ut superiores.  
Eumenius. Thryptus. Philactius.

**Q**uā ē anxiū pectū parētū, liberis qui malevolis  
Prāmis & consultū volunt. Id ipse iam annis plusculis  
Expiat hoc in filio, qui iam suam substantiam  
Poposcit, accepit, abiit, necdum reueclus. Ferunt  
Alij nō reticū sibi concire contubernium.  
Alij fugiū molirier prænunciant, alijs aliud  
(Nescio quid) ad noue profecto calamitatis initium.  
Iam vesper proxim⁹ est, fuit si i pes aliqua, mox redierit.  
Occurrit ecce Thryptulus, præter suū morem quidem  
Iam serius reddit. Quid est inepte quād tam sero ades?  
Iā vesper est, coenāq; coctā oportuit. Thr. Non Eumeni  
Sit ira & in signationi nunc locus, sed lustui.  
Eu. Antu nouū milii calamitatis frēs genus? Thr. ferā.  
Eu. Noli puer celare me, dic absq; hypocrisi, quid est?  
Th. Veni in forū pīscariū, hēs emō pauculos pīscēs, quia  
Alij ferē distracti erant, procedo mox ad portū, vt  
Siquid maritimorum mare attulisset emerem pīscium.  
Eu. Quid postea? dic brem⁹ id q̄ I dixeris. Th. briuissime.  
Dum sollicitus & huc & illuc per mare & portū feror,  
Pagnion Aſoti adest puer, vidulū gerens marsupiū vñq;  
Et ascopas vini duas. Quād feris rogo istas? Quād libet?

Mihi inquit. Haud dubium est, quod ad mares. Vbi  
 inquam Asotus est?  
 In balylica, inquit, elabulat. Curro illico, et lusitro fons  
 Et balylicam totam, at nec vni yisus est. Vi conspicor  
 Mihi data verba, pricipio me ingareū ad Marganum  
 Rogo si Asotus intus est, refert puerla abisse cum  
 Marganio & Planctio ad pertum, soluturum illico,  
 Et navigaturum in Asiam sine remera. Mex denso in  
 Portū propero, si fors quā ad tenetū hērū reducere.  
 Sed heu laboratū haecen frustra ē, nā vt in portū in ruo  
 Soluta in altum certitur progressa nauis. Eu. Qui tibi  
 Certum est eam intravisse filium meū? Thr. Stabant ibi  
 Placiq, qui vale vltimum dixerat Asoto, & prospera  
 Ei imprecantes publice denunciabant omnibus. Phi.  
 Valeat iners. Th. tun' hic eras hērc' rus te abisse credidi,  
 Et ante crastinū haud revertuor. Phi. Omnia audiui, pcul.  
 Nam cum viderē te ē foro discurrere, hēc mihi incidit  
 Suspicio. Com. etāq missō te sequebar eminus.  
 Pereat iners, qui nū domi vñq gessit vtile vel probum.  
 Eu. O duram & algerā nimis mentem tuā, cui non dole  
 Fraternus interitus. Abite, & edite. Phi. Non lit et mihi,  
 Præmisi in agri villicum, quē non volo fraudarier.  
 Rus abeo, vt instaurē qd hoc die aut omissū aut perditū  
 Perire adhuc satius puto fratre, qd adesse inutile. Cest.  
 Tametsi pater reclamat. Valeat iners. Eu. quisnā dabit  
 Capiti meo fontes aquas, vt lacrymer, noctus lacrimam.

**D**ia fleam, semper fleam te fili A sorte perditum?

¶ Chorus. Jambico dimetro.

**A**Rs/cura/mos/industria  
Est omnibus merciculis,

Tantis per adolescentulum

Lactare, dum pelli exerint.

Tantis per adolescentulum

Amant, souēnteg lubricum,

Dum possidet quod porrigit.

Et porrigit quod possidet.

Hinc oscula & pectuscula,

Et delicatas mammulas

Tibi venditant, donec tibi

Iecur sagitta transigant.

Si quid feras, acceptus es.

Si nūl feras, exclusus es.

Si quid feras, amator es.

Si nūl feras, amator es.

Vita ergo ephēbe fornices,

Fuge scorta priua & publica,

Ne post tuam petulantiam

Cura te salutem perduas.

¶ Actus Quintus. Scena Prima.

Jambici trimetri. Colax solus.

Voties propinquo ad huius ædes diuitias,

Toties cutis mali gruit, horret denuo.

**Q**

Sub hoc eodem anni prioris tempore  
 Fecere me illi plagiarij senis  
 Totum vlimeum, verum haud sine ingenti illius  
 Incommodo, ingenti quoq; meo commode.  
 Verum est profecto quod ferunt. Scholasticus  
 Si ludus est bonus, flagella scholaria  
 Minimi restimat. Parasitus ipse identidem  
 Ut estur atq; babitur, omnia interim  
 Flagella successura nihili pensat.  
 Dijs maxima tamen est habenda gratia,  
 Qz mitiorem eum milu probauerim,  
 Qz metueram, aut speraueram iratum senem.  
 Liuida cutis curarier facillime  
 Potestur, at nexum semel suspendio  
 Guttur cruci, marcescit vscq; miserrimum.  
 A page à gula nexus hunc mea. Ut Comasta ad  
 Ut pendula isthic fronte, & ore lurido  
 Agitare vento in aëre vacuo, & imbruum  
 Iniurijs exponeris. Ne cautius  
 Mercarier me isthac docebunt amodo.  
 Recta igitur accedo forum, siquo modo  
 Queam honestius rationem edendi abs quolibet  
 Nanciscier, nam sic parare, in honestius,  
 Strident fore, periero si videat seni.

**¶ Actus V. Scena II. Trimetrum.**

Scenex. Peregrinus,

**G**NATI MEI SOLICITOR VSCQ IMAGINE,  
**G**ET NON QUCO QUIN ABS QUIBUCS LESCITER,  
SIFORS QUEAM, QUI FILIUM VSCquam VIDERIT,  
ADIPISCER. SED ECCE OBERRAT RUSTICO  
SAGO OPERTUS, HACD SCIO QUID FERENS. ADIBO EAM.  
PERE. AN NON SUPREMUS IUPITER VEL ME TEMEL  
RESPRÆCIT, QM POST VIATUM MAXIMA HÆC  
INCOMMODA, AUT SEDES QUIETAS RECIPIAM, AUT  
DIUENDITIS HIS MERCIBUS REGREDI QUEAM?  
OBAMBULAT MIHI QUILPIAM, RECETACM ME  
PETIT. MORABOR PAULNLEM TARDUM SENEM.  
EU. SALVE PEREGRINE. Vnde aces? PERE. BONI LOVES  
TIBI SALUTEM DENT SENEX: EX ASIA: ADHÆC  
(SI EXACTIUS QUÆRAS) VIDES MILESIUM.  
EU. QUID QUÆSO IN HANC PROVINCIAM TE PROPULIT?  
VBI TERRA STERILIOR & INFALICIOR?  
PERE. DICAM PATER TIBI. REGIO QUÆ VBERRIMA  
FUIT HACTENUS, PRÆ FRUGAM INOPIA IAM FAME  
INTERIT. EU. HUI, QUID AUDIOS? PERE. ROTAT SIC OMNIS  
FATUM. EU. NIHIL DE FILIO DICERE POTEST?  
PERE. TUO? EU. MEO. PERE. SED VBI IPSUS EST? EU. DUDU IN  
ABISSE, MILETICM VIVERE ASSEURUNT. (ASIANI)  
PERE. MORI MAGIS DICAS. SED ARTIS COIUS EST?  
EU. NULLIUS EST PLANE. PERE. QUOD ILLI NOMEN EST?  
EU. AFORTUS & RE & NOMINE EST. PERE. SCRIBE FACIEM.  
EU. FACIE EST OBESA, OCULISQ NIGRICANTIBUS.

Genis rubentibus, decentibus labris,  
 Tum mediocri statura, & omnibus artibus  
 Gracilis. Pere. Cicatricem ne habet sub pectori?  
 Eu. Habet profectò, ex hulcere illo, quod tulit  
 Infantulus. Nouisti eum? Pere. Noui probè.  
 Pridem fuit mihi ipse coniunctissimus.  
 Eu. Viuit ne? Pere. Si viuat, satis non scio: tamen  
 Vnum scio, si viuat, infeliciter  
 Viuit. Nam ut oinnem quam tulit rem prodigè  
 Scortando, edendo, & heluando perdidit,  
 Egere cœpit, & vniadhæsit ciuium, in  
 Suburbio Milesiorum diuiti.  
 Qui calamitolum mox in agros ejicit,  
 Potcisq; pascendis ibidem destinat.  
 Sic seruitutem servit is miserrimam.  
 Nam siliquis suum cupit ventrem suum  
 Saturare, si sit quispiam qui porrigit.  
 Eu. Miserrimum subulcum, oboriuntur mihi  
 Iam lachrymæ, nam pane abundant seruuli, &  
 Gnatus fame tabescit. Pere. Vscq; id clamitat.  
 Quot (inquit) in patris æde mercenarij  
 Panibus abundant, atq; lacte vicitant,  
 Ast ego fame pereo. Reuertar ad patrem,  
 Fassoq; criminè penitentie indices  
 Dabo supplices manus, reflexos poplices.  
 Si quo modo possim impetrare gratiam.

E. A.

Eu. Fasit Deus resipiscat, ac redeat semel.  
Qui filium aspernariet valeat pater?  
Pere. In patriam vbi rediero distractis aneis  
Hic mercibus, mox filio hac narrauero,  
Nisi (quod futurum puto) prius reuertitur.  
Vale senex. Eu. Me fiente longum tu vale.  
Fac si potes resipiscat ille miserrimus,  
In publico facile foro perendie  
Merces tuas distraxeris. Pere. Spero, vale.  
Eu. Ognate mi, ò mea viscera, ò Alope, quæ  
Tu calamitatis adactus es! Redi, redi.  
Putas ne verum dixerit? Reducem breui  
Sperare liccat! An magis data epistola  
Mittam virum, qui ipsum reducat certius?  
Id certius, multoq; certius. Vir hic  
Milesius me certiorem de loco  
Facturus est, quem iam in foro conuenero.  
Ut huic rei dem operam, pedem refero domum. O  
Colax Colax (si omnino non cæcilio)  
Quantum mihi, meoq; filio mali  
Partum est tua *noλοκια*. Non iam places.  
Lactandus alius, qui tuam ingluviem expleat.

¶ Actus V. Scena. III. Tetrametri.

**T** Colax solus.  
Antū mihi foelicitatis attulit præsens dies,  
Ut non diurnū, sine mensurnū modo, verū annuum;

Perpetuum, & æternū cibum potūm gratis porrigit.  
 Quis testiminet, quātū boni in portu interim portēditur?  
 Euax saturitas sancta, Iuppiter supreme, tu quocq;  
 Ter maxime o Fortune, meritō gratias tibi referam.  
 Merito o Palæmon cātharis & lācibus tibi sacrificem  
 Qui gaudiī ingens pelagus hoc vno die mi adueixeris.  
 Quantum Foro Fortune p̄f̄stes, prodit opportunitas.  
 Nam vt ad forum veni, salutauis adolescentulos,  
 Mox profero vnu & alterū ex melioribus dictis meis,  
 Rogo quo vel ad ientaculū, vel prādiū instructū, vel ad  
 Cœnam opiparā concedimus, cuncti velut muti silent  
 Illico, vel vt stulto trihi illudunt. Forum detester, ad  
 Portum venio. Dij boni quantum mihi solatiū  
 Ibi obtulisti, dum diu expectatum A lotum amiculum  
 Reducem mihi monstrasti, in celoce vectum publica.  
 Valeant medo nihili viri, scurrae, neblones, infima  
 Qui hic occupat subsellia, valcat quoq; scabru, sordidū,  
 Stupidūq;, & ignobile hoīm vulgus, quibus cū iam nihil  
 Commune erit mihi, licet vltro elixa & assa porrigan.  
 Prīmū amodo me p̄f̄sides, dehinc duces, frulōq; post  
 Reges (vt est condignum) honestarint, & ad coniurā  
 Sutum vel inuitum vocauerint, regauerint qaeq;  
 Iam nunc abite quiq;, abite ē semita, eaacte ne  
 Quis vī madoria f Colaca, nec obstrepat ybo aut iōcō  
 Vano, quibus frequenter appellare me consuēcītis,  
 Nisi in caput suum velit fugnus meos infringīt.

Nisi vostra crura, vostra rostra, vostra colla penditis  
Minigi, eminus mihi, pspera impcamini. Viuat Colax.  
Mihi (inquo) acclamate, transeat Colax, viuat Colax.  
Nunc auspicetur à Dijs regnum sibi contraditum.  
Accedat Eumenij domum senis, vbi promptuaria  
Vino redundat optimo. Hæc mihi legio, hæc mea curia  
Sed ecum honorandū senem, Iouē meū, Bacchū meū,  
Qui saturitatem sempiternam mox mihi produxerit.  
Pridem quidem diris flagellis me expulit, faxo modo  
Non expulerit, immò mage impulsurus est me bladites  
In abditum carnarium atq; promptuarium domus.  
Quid cesso compellare, longius q ab ædibus  
Abscedat, aut me quispiam rei antecipat nuncius?

**A**ctus V. Scena .4. Quadrati, vt superores.  
Eumenius. Colax. Famuli.

**Q**Uædamodū solēt, suū qui amiculū absente dīa  
Saluum redire gestiunt, lustrare singulas vias.  
Per quas putant se se recepturū hospitem, perinde mihi  
Quoq; actitandū censeo. V adam ad forum. Milesum  
Quærā, deinde alium virū, qui ferat epistolā. Inde eo ad  
Portam superiorē, deinde ad portum, vti si qua meus  
Compareat gnatus, quem clementer excipere, anteq;  
Pudore suffusus animum despondeat. Col. De filio  
Fit sermo:num suboleuit huic q; venerit? Pol nō potest.  
Virū alloquar. Sta, sta Eumeni, licet modo subduceres  
Cū me videres eminus. Eu. quis me vocat? qd stem tibē.

Aliò vocato non libet mugarier. Col. Sta inquam, quis  
 Ego impero. Eu. Certè emeris pluris cui sic imperes.  
 Sed omittre nugas; dice qd velis Colax. Co. scis quē prius  
 Cecideris? Eu. Scio, te quidem, an male meritum? Col.  
 Et quidem optime.

Sed quæso te Eumeni, his meis liuoribus malagmata ex  
 Sumine suillo & larido circumliga, alioqui time  
 Tabo cicatrices putrescere. Eu. Væh tuo capiti heluo.  
 Co. Mane mane Eumeni mane, tantū tibi adfero gaudij  
 Ut vltro spondeas mihi æternā saturitatē. Eu. Ego tibi?  
 Co. Tu mihi. Eu. Sed vnde gaudium, qui filium meū tuā  
 Vita, atq̄ corruptissimis disperdidisti moribus?  
 Fuge è meo aspectu trifurcifer in crucē tibi debitā. Co.  
 Bona ȳba, q̄s o misenex. Eu. Iam nō abibis? Co. Eumeni  
 Eu. Heus heus merīne, thrypte. Co. p deos supfluūt meæ  
 Nugæ, nisi caueā, in phylacam pertrahar. Iuro deūm ac  
 Hominū fidē Eumeni, mane. Eu, qd tu, pphane deieras?  
 Co. Cedo manū. Eu, hē manū, qd vols dari? Co. tñ tibi  
 Iam apporto gaudij, vt facillime ante uortat omnibus  
 Mœroribus cordis tui. Eu. Nugare rursus? Co. Eumeni  
 Irascier noli, sed audi me. Eu. Quid audiam? Co. Iube  
 Vasa elui, mensam instrui, inferri cibos & pocula. Eu.  
 Quare? Co. q̄a hoc die meo Genio mihi sacrificadū erit,  
 Sanctæq̄ saturitati. Eu. Vbi? Co. Hic, domi tuæ. Eu.  
 Nisi famuli hunc

Tuleritis. Fa, Hem, Co. Ne fecerint, quia filium tuū tibi.

Eu. Quid filiō! Co. rediſſe nuncio. Eu. meū tu filiū! Co.  
Tuū ingo. Eu. esurire mihi videre. C. mihi qdē, haud tibi  
Eu. Dic vero amabo, si reductus Asotus ē gnatus meus  
Mirror, vltro spōdeo tibi æternā saturitatē. Co. Eumenī  
Iouem supremū capite aperto testor, incolumem tuum  
Saluum quoq; aduenisse filium in celoce publica,  
Cultu tamen tam sordido, vnumquēq; vt eius misereat.  
Tam flaccidis genis, & obsita situ cute lurida,  
Vt vix pater gnatū tuū ipse noueris. Eu. mihi lachrymæ  
Te propter oboriuntur à mi Asote fili mi. Huccine  
Tu calamitatis adact⁹ es? Co. Iam fieri define, ad mare  
Propera, vt reducas sordidum, anteq; pñdoꝝ concidat.  
Et intrò me contradito in phylacā, ubi insontes iacent  
Tibi pernæ, & indēnata pēdēt viscera. Eu. opt̄ mones.  
Sed hactenus quid quæſo me nugis tuis, & ludicris  
Lubitū est fatigare! Co. Hercle, vt hanc vlciscerer meū  
Quam apparatoribus dedisti olim flagris      (cutem  
cædendam. Eu. Age,

Nunc irgue in carnarium, & vibicib⁹ cataplaſmata  
Imponito, edito, bibito donec vixeris domi meæ.  
Co. Di⁹ tibi senex reddant vicissitudinē, atq; ego meam  
Oēmky sollicitudinē amodo tibi, & rebus tuis (operā,  
Impendro, atq; in sempiternū ſeruulū tibi me obligo.  
Eu. Herum fidelem faxo naclus ſis, modo frugis ſies.  
Nunc intrò abi. Cōcedite famuli, vt opera vefra vtier,  
Si poſtulet res, poſſiem. O pater ſupreme, qui omnia

Condis, gubernas, protegis, cœlōq[ue] terrāq[ue] pelageq[ue],  
 Ago tibi gratias, quod ex tibi infita clementia  
 Tandem ultimā respice dignaris calamitatē meam.  
 Quasi ē graui somno excitus, videor renatus denuo.  
 Profectō lachrymas tenere non queo præ gaudio.  
 Ades Merimne citus, ades Triboni, adeste celeriter.

**¶ Actus V. Scena V. Octonarij, ut superiores**

**A**dsum here, exeq[ue]mur ut mādata tua nō segniter  
 O mi Deus, quemā eminus conspicio demissis humili  
 Mætore multo voltibus? Si non here ille Asotus est,  
 Fallit profectō me acrisia. Tri. Non te fecellit dictio.  
 Ipsissimust. Facilis gradus, statuta mediocris, sed &  
 Gracilia membra corporis, here filium tuum indicant.  
 Eu. Quinā potest? Quisnā mihi persuadeat, q[ui] hic meus  
 Sit filius? Quis gnate te his inuoluit obsecro sordibus?  
 Nudauit, & fēdauit; Hei mihi nate, ut indignū hoc meo  
 Generi, modo sis filius. Mer. Profectō si ipsius est here.  
 Tri. Nihil ora, nihil humeri Eumeni, nisi vnu Asotum  
 Quid ambigis here? Eu. Iam intuor tandem præscrūt.  
 miserrimum meum

Gnatū, modo agnosco; haud modo patern⁹ affect⁹ sinit  
 Mētē mā cōsistere; haud possum modo quin aduolē,  
 Amplexar, ac dcosculer. Tri. Pijssimā ḡ mentem senis  
 In gnatū, ut obliuiscitur suā senectā, longe adhuc  
 Posito cito cursu obuiās, vt plorat, vt singultit. Mer. En

Iam filius supplex humili prosternitur, complodit &  
Cum fletibus palmas obefas, iam pater fit proximus.  
Tri. O viscera pietatis, o vere paternū amorem, vt est  
Prop̄elus in tam pdigū. Mer. Iam ruit in eius colla, iam  
Cōpletitur, cū lachrymīsc̄ deosculatur. Age propius  
Adeamus, vt gnati & parentis mutuos possimus hos  
Audire fm̄es. Tr. sc̄qr te. Af. o mi p̄. Eu. qd gnate mi  
Aso. O mi p̄, peccavi in ipsum cœlū & in te, iam quoq;  
Sum indignus appellari ex gnatus tuus, fac me velut  
Vnum ex tuis te obsecro mercenarijs, recipe modo  
Tibi supplicē rogo, quē superbū & arrogantē passus es.  
Iam p̄tentē recipe, quē iam dudū iniquum passus es.  
Te lachrymæ flectant pater, te supplices manus pater,  
Flexiq; poplites: misereat te calamitatis mc̄e.  
En membra nuda, en viscera flaccentiū squalida cutis.  
Miserere clemētissime p̄ huic miserrimo gnato tuo,  
Ut pristinū tuū fauorē, & gratiā primariā (valet  
Mercaſ. Tri. O Merine, quātæ vtrinq; lachrymæ, haud  
Se tēperare à fletibus pater, haud queo quin lachrymer  
Ipse quoq;. Mer. Mihī quoq; lachrymas excutit vterq;  
lachrymans.  
Eu. Mi Aſote, fili mi, remitto quicquid in me admiseris,  
Sed & a modo omniū tuorum criminū non meminero,  
Hoc teste summo patre sancto in osculo tibi spondeo.  
Aſo. O vtinam ap̄ſcar gratiam tuam pater primā, licet  
Duro atq; ſiccō pane & vnda vicit̄. Eu. surge alacriter

Confidito. Annō ego pre tun' filius? Nūquid potest  
 Filij vteri sui aliquis obliuiscier pater? Heus cito  
 Proferte ab ædib⁹ stolā primā, annulū, & sandalia.  
 Alij procurent celeriter vitulum saginatum prebē  
 Jugularier, vt epulemur & lētemur hoc die, quia hic  
 Gnatus meus, qui mortuus fuerat, revixit spiritu, &  
 Qui perierat, repert⁹ ē. Mer. parebimus. Eu. celerie

**¶ Actus V. Scena VI. Iambici trimetri.**  
**Eumenius. Asotus.**

**M**Ignate dic modo, fatere libere,  
 Quisnam te eo dementia perduxerit,  
 Ut me patrem tuum, tibi adeò affabilem,  
 Adeò benignum, & obvium relinqueres,  
 Et in hanc calamitatem extimam te mergeres?  
 Quis incitauit, quis docuit, & perdidit?  
 Aso. Mi genitor, haud dicam dolo, tametsi quidem  
 Comasta me corruperat primum, tamen  
 Ex propria prorsus libidine in malum  
 Præceps ferebar, inde scortis blandulis  
 Agglutinatus, in Asiam subiectus sum.  
 Vbi omnibus tuis pater sudoribus  
 Iam prodigè absumptis, meoqe corpore  
 Scortando, edendo, & potitando, cneruiter  
 Corrupto, ad impiissimi me contuli  
 Viri iugum (quia inedia ac valida fames  
 Me eo impulit) Cuius sues dum palcerem,

E .5.

Ter seruitutem maximam seruiui, ut hi  
Mei indicant artus, & hic vilis habitus.  
Cum iam fame tabescerem, & ventrem meum  
Opplicere non licet siliquis suum,  
Reuersus ad mentem pater, gemitu graui  
O (inquam) quo in domo patris mei viri,  
Quot mancipia, gregesq; mercenariuim  
Beati abundant panibus, porro ego fame  
Marcesco tabescōq;. Surgam igitur, & hinc  
Regressus accedam patrem meum optimum,  
Si quo modo queam priorem gratiam  
Efflagitare precibus: ecce res. Precor  
Iccirco, & obsecro denuo cum lachrymis  
Supplexq;, ut ultra numerū arenæ quæ in mari est,  
Scelera hæc pater numerosa, fœda, enormia  
Post hac velis obliuioni tradere.  
Nam fretus olim mihi probata gratia, &  
Clementia tua, reuersus sum pater.  
Eu. Exurge denuo, remitto quicquid est  
Delisti: ades. Quam lachrymæ istæ gratiam  
Non impetrant? Dudum omnia (abs quo nescio) hæc  
Rescueram. Nunc itaq; gnate tuam improbam  
Probitate vitam corrige. Afo. Efficiam pater.  
Eu. Heus, nondum adestis? —————

¶ Actus V. Scena VII. Trimetri,  
Merimnus. Eumenius. Asothus.

**A** dsumus fieri, & omnis  
 Curata sunt, q̄ afferre nos, & exequas  
 Mandaueras. Eu. Recte: aufer illas sordida. Mer.  
 Eu. Et induatur qua prius stola vsus est (Hem.  
 In innocentia, haud decet sic filium  
 Domū ingredi pānosum, olenē, sordidū. Mer. hem.  
 Eu. Date annulum fideli prioris in manu. Mer. hem.  
 Eu. Et calciamenta pedibus, reliqua intus in  
 Domo que oportet singula instaurabimus.  
 Mer. Dedi here. Eu. Bene est. Ite eamus intrō, tu face  
 Merimne psalten accias, yt inter im  
 Dum epulabimur ducat choros. Mer. Accerfiam,  
 Eu. Volo enim diem hunc peragere festissimē.  
 Mer. Dignissimum. Eu. Tu abi, vocato proximum,  
 Mer. Licet. Aſo. Nū adhuc Comasta pensilis pater?  
 Eu. Adhuc cruci ſuſſixus eſt. Aſo. Miserū hominē, at  
 Vbi Dætrus eſt? Eu. In carcerem conieceram,  
 Vbi infidelem noueram. Aſo. Squaler pater  
 Adhuc miser? Eu. Non dum phylaca eductus eſt,  
 Aſo. Me propter eductus siet pater obſecro.  
 Noſtrum vtriusq; ſimul remittē noxiā.  
 Eu. Eſi quidem non merueras, seruabitur.  
 Nam destinuerām hunc quoq; malis peſsimis,  
 Tu me ſequere ſili. Aſo. Sequor pater, præi.  
 O ſi & modo cum fratre inire gratiam  
 Mihi liceat, Eu. Siſ bono animo, placabitur.

**A&us V.** Scena.8. Senarij, vt superiores.  
Tribonius. Merimnus. Philætius.

**P**Salten moratur herus, modos qui succinat.  
Eccū Merimnū: heus tu Merimne, vbi fidicē?  
Mer. Nunc ille per posticum intravit domum.  
Audī: modo canere occipit. Tri. Probè, sed est  
Quod te velim curare. Mer. Dic modo, Tri. ex agro.  
Philætium vocare me mittit senex,  
Obsecro (si occasio ferat) pro illo coquo.  
Interueni miserrimo, forsitan queat  
Jam propter hæc noua gaudia è nero eximi.  
Nam obnixius quoq; idipsum Asotus postulat.  
Mer. Ego suggestram actutum seni. Vale. Tri. Vale.  
Noui profectò in amorem erit Philætio  
Hoc nuncium, quod adferam de prodigo.  
Malit decem coros in horreo triticī  
(Quanq; labore) conuchi, q; vnum sibi  
Sanguine propinquum fratrem Asotum regredi.  
Sed commodum, mihi ademit hanc molestiam.  
Adest homo, nescio quid sibi supputans.  
Manebo eum, quid dicat auctorauero.  
Phi. Prudentis est quotidie addere calculum  
Rei suæ, num quidpiam accreuerit ei, aut  
Decreuerit, ne incuria res pessum eat.  
Congesfi in horrecum trecentos hordei  
Ferme hoc die modios, corosq; plus minus.

**F**lau quadraginta cōto ferme tūtici,  
**S**imulq; quinquaginta quattuor cōros  
**M**ultis miserrimis laboribus, tamen  
**S**olabitur me vſura parti plurima.

**H**æc nang; in annum proximum arbitror affatim;

**S**ufficere toti familiæ. Tri. Quantum miser

**S**e excruciat abſq; necessitate. Phi. Quid audio?

**T**ri. Symphonia audit, & cherū. Phi. Symphonia est

**C**horusq;. Num in meretricia hac domo? Haud ibi.

**V**bi ergo? Tri. p̄dco, saluus esto here. Phi. Tu quoq;

**S**alue Triboni: amabo vbi hæc symphonia?

**V**bi chorus? Tri. Domi. Phi. Domi nostræ rogo, an

**A**lienæ? Tri. Here dubitas? Domini nře. Phi. qd hoc?

**T**ri. Frater tuus, qui perierat pridem, domum

**R**euersus est, rediit parenti in gratiam.

**P**hi. Asotus? Tri. Ipse Asotus. Occidit pater

**V**itulum saginatum tenerim ūm; cuans

**G**audensq; eum quod sospitem receperit,

**H**inc chorus & hinc symphonia, hinc pater tuus

**M**e memisit, vt te accersiam. Phi. Rem fecit is

**S**tultissimam. Tri. Stultissimam! Phi. Stultissimam!

**D**ico, atq; pessimam. Tri. At p̄issimam mihi

**F**ecisse rem, pulcherrimamq; vius est.

**Q**ui enim potest gnatum pater disperdere?

**P**hi. Spretó ne me & curis laboribus meis

**R**ecipit, honestatq; hunc tam inertem & prodigum

Non me Icneo, quin. Tri. Obsero intra tecum here.  
Fratrem saluta, aliesq; centuas patris  
Letifica, Phi. Em nō intreibo. Tri. Age mi here. Phi.  
Tri. Iratus est, salute fratris liuidus. (Abl)

¶ Actus V. Scena vltima. Trimetri.  
Eumenius. Philætius. Dætrus. Merimus.

**M**e vox tua exciuit foras amarior  
Mi gnate: cur nō ingredere domū? quid &  
Turbatus hic per stas foris? Si prodigi  
Tibi vita displicuit peius, placeat modo  
Tibi penitentis continentia obsecro.  
Phi. En tibi tot annos serulo pater, & volens  
Tua iussa nunq; (quod sciam) prauaricor,  
At ne quidem semel dedisti hoedum mihi, vt  
Cum amiculis epularer, & festum diem  
Lætus agerem. Ast ubi rediit gnatus tuus  
Is, qui abligurinit tnam substantiam  
Scortando cum metetrieibus, dedisti et  
Vitulum saginatum, chorum, & symphoniam.  
Frustra tot ærumnas laboris exigo,  
Æstum gelucq; perfereo, & cura opprimor.  
Eu. Hem gnate mi, tu semper es mecum, omnia  
Quæcumq; sunt mea, tua sunt. Porro modo  
Epulari oportet, atq; agere festum hunc diem.  
Quia Asotus hic frater tuus præmortuus  
Fuit, ac reuixit: perijt, atq; inventus est.

40

Eamus intrō. Mer. heus heus here. Eu. ecqua nūc mo  
Mer. Supplex adest Dætrus, rogatq; grām. (ras)  
Dæt. Ignosce quælo miserrimo mihi noxiām.  
Eu. Tu quoq; maligne hypocrites, qui abusus es  
Penu meo nequissime, si frugi eris,  
Pone & catenam & compedes, nequis locus  
Mortoribus sicut. Dæt. Amodo here erovt voleſ.  
Eu. Bene est. Iam camus intrō alacriter. Phs. Prgi.

### ¶ Grex, siue Epilogus. Trimetri.

**E**xhibita vobis fabula est, non fabula.  
Sed Christiana, euangelicāq; parabola.  
Quæ non in hoc sit acta ipectatoribus,  
Ut excitet risum, & voluptatem adferat.  
Sed poenitentia monendo formulam  
A luxu, & improbo facinore retrahat.  
Quare orat hic grex noster, vt re mystica  
Pro corrīgēndis morib⁹ fruamini,  
Post furta, scorta, libidinem, atq; inertiam  
(Pater benignum se offeret) resipiscite.  
Iam, si placuimus, atq; commodauiimus,  
Fauete nobis candidi, & plausum date.

¶ F I N I S.

A 1990 U C

on Johnson's Island and with his crew  
in 1871.

